perſpicuitatem allatura ſunt imitatus hac in parte geometras, qui ante Theoremata & problemata ſua præſcribunt definitiones, effata, & poſtulata: hęc methodus fuit peripatetica, quam ſequuti ſunt veteres Ariſtotelis interpretes, qui ſolēt Ariſtotelem ipſum vocare φιλογεομέτρην inter quos eſt Ioannes grammaticus alexandrinus. Sed quoniā græci interpretes & maximè peripatetici octo præfata vnicuique adhibuerunt diſciplinæ, ex quibus ſingulæ conſtarent & fierent illuſtriores ex illis octo, nam non erat mihi opus omnibus illis, aliquot ſelegi, quæ mihi videbantur huic meę tractationi nonnihil ſplendoris adferre. Dicam igitur imprimis de parte illa vtilitatis geographię quam reliquerunt, qui ante me in hoc argumento verſati ſunt, tum quos autores hic noſter imitatus fuerit, deinde eius ſtylum perſequar, poſtea quam methodum ſequutus fuerit dicam. De ſcopo quoque nonnihil dixiſſem, ſed quia videbam vtilitatem huius diſciplinæ ſcopum planè complecti, ne vnum quidem verbum de illo feci.

In libros Priorum.

*De parte illa vtilitatis Geographiæ ab omnibus huius libelli enarratoribus pretermiſſa.*

POlybius & Strabo huius diſciplinæ vſum τὴν θεωρητικὴν exactè atque prolixè & noſtris temporibus viri aliquot eruditi ſcripſerunt, ſed neſcio quo argumento πρακτικὸν ſubticuerunt

ticuerunt: quanquam, Strabo nonnulla viſus eſt attuliſſe reipubli. gubernationi vel maxime conuenientia quibus ſupra modum vſui eſſet geographia, ſed quoniam id fecit vel remiſiùs, quàm putabam, vel negligentius, quàm vt præſtantiſſimũ deceret geographum, non ab re erit paulo accuratius hanc partem πρακτικῶς attingere.. Itaque cum multis rebus ſpeculatiuis facile accommodetur geographica hæc tractatio, veluti omnium lectioni librorũ, tũ vel maximè caſtrametationibus conducere videtur, quibus noſtra ætas vel cruentiſſimis obruta prælijs egere videtur. Nihil dicam de Vallo & foſſa, nihil de militibus, nõ enim ſunt hæc inſtituti mei, ſed tantum de loco in quo caſtrametari commodè poſſint imperatores exercituum, in cuius cõſtitutione totum robur caſtrorũ collocatum eſt, & vtinam nunquam fuiſſet nobis præbita occaſio hæc ſcribendi quod eueniſſet, ſi in principibus Chriſtianis fuiſſet ea pax & concordia quam poſtulabat fides noſtra Chriſtiana, ſed hæc aliàs. Redeo ad locum, caſtrametationis in quo tota eius virtus conſiſtere omnibus rei militaris peritis viſum eſt. Sed animaduertẽdum eſt, locum reſpicere in primis quatuor mundi partes: Orientalem & Occidentalem, Meridionalem & Borealem, quorum partium ſi nullam habueris rationem, perijt fũditùs caſtrametatio. Atqui hæc circunſpectio plurimum iuuat ſitum caſtrorum, nam in eorum collocatione ſi hyems ingruerit

præſtat ſeligere locum Orienti expoſitum, quod ex geographia planè cognoſces, neque aliter facturus es in alijs partibus veluti occidentali auſrtali & boreali & hæc quod attinet ad cœlum. Iã de loco ipſo mihi dicendum eſt ſine vlla ad cœlũ relatione: Quare egregij imperatoris & prouidi erit ſi locum ſibi aptet accommodum omnibus ijs, quæ ad tutanda caſtra ſunt neceſſaria, veluti locum aquis dulcibus in primis irriguum, at illis nõ ſtagnatis ſed fluentibus, multum enim adiumenti afferent iſtæ aquæ militibus & equis & piſtoribus caſtrorum: referet perquam multum ſi fuerit tibi locus non valdè montoſus, quod ſi fuerit neceſſarium in monte caſtrametari, eliges montem vbi fontem aliquem reperire poſſis: neque erit tibi locus arenoſus, min⁹ petroſus, neque argiloſus & humidus, quod ſi aridus fuerit, conſiderabis an ſit ſubiectus vento meridionali ſatis illi loco conuenienti, nam ille ventus in pleriſque regionibus eſt pluuioſus, quod ſi minus cõtigerit, foſſores intra caſtra ita fodiant, vt ex primoribus aquis deriuari poſſint riuuli, per omnia caſtra, quod ſi caſtrametatio fuerit iuxta aliquod oppidum, ſemper inquirendus eſt locus paulo inferior oppido, vt tormenta bellica facilius mittant globos ſuos, & concutiant muros. Sed de his ſatis: Venio ad mea hæc omnia haud dubiè ex geographia pendẽt, tãquam, ex infallibili regula, dicam ſemel, non eſt diſciplina, ſiue rationales & contemplatiuas ſpe-

ctes

ctes,ſiue practicas,factibiles latinè dices,quę non egeant huius geographici muneris auxilio.

*Quos autores imitatus fuerit Mela.*

VT ex libro huius autoris percipere poſſumus,varios in varijs regionum deſcriptionibus imitatus eſt autores. Nam in Africæ deſcriptione Saluſtium & Polybium, in Ægypto Herodotum & Strabonem ſequutus eſt, in Hiſpania neminem,quod eſſet patria ſua,in Gallia Cæſarẽ,in Germania nullum,propterea quod nondum ſatis aperta eſſet & explorata,eodem argumento in Sarmatia, in Italia Strabonem, & in Græcia: In Thracia Strabonem quem in multis alijs imitatus eſt, in Aſia Herodotum & Strabonem,ſed quod ad mores regionum attinet,maximè Herodotum, & is fuit eius coryphæus ferè in omnibus.

*De Stylo.*

STylus eius varius eſt. ſed antequam accedam ad eius compoſitionem,dicam de eius dictionibus,quas pleraſque habet inuſitatas,latinas tamen: veluti faſtigiar, eſolidum eſſe,& perpetua fronte,& alias quaſdam, compoſitio ſuccincta & planè breuiſſima,laconicam diceres:amat συντομίαν.i.breuitatẽ veluti in illis locis in primo videlicet capite,vbi primũ ſe coarctat Helleſpontus vocatur, propontis, vbi expandit,vbi iterum preſſit Thracius boſphorus,vbi iterum eſ-

fundit pontus euxinus, qua paludi committitur cimmerius boſphorus, palus ipſa Mæotis. Vtitur quoque mira breuitate in loco illo, quod terrarum iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus, ab altero Europem, ad Nilum Africam ad Tanaim Europē quandoq; τὰ ἐπιφωνήματα. id eſt, acclamationes lubens inſeruit libello ſuo, tropos perquam plurimos, veluti cum ait: abigit vaſtè cedentia littora, in quibus verbis duo ſunt ſimiles tropi. Compoſitio non eſt vſque adeo ornata & compta, vt poſſit admirationi alicui eſſe, nam hoc fecit varium argumentum inequabile & minimè ſibi conſtans, vt dicet in ſua præfatione: demittitur interdū, ſed rurſus exurgit, neque in deſcriptione antrorum & labyrinthorum fuit aliquis vel diligentior vel felicior. Viſus eſt quoq; affectare quaſdā dictiones & ſæpiſſimè eas repetere, veluti ſunt illæ ſolidum, perpetuo, frequens, inclytum, obliquare incuruare, faſtigiare margine, frōte pro promontorio, ora pro littore & alias, quas recenſere lōgum eſſet: in tropographia ſuccinctus admodum, ſed qui nihil omittat, præterea, quæ videntur illi fabuloſa, Denique floridum habet ſtylum, quem magna ex parte imitatus eſt Plinius.

*De methodo*

Methodus eſt illi reſolutiua, nam omnes partes terrę in primis in vniuerſum deſcribit, deinde in partes diſtribuit.

Præfatis.

Præfatis his omnibus venio ad alia, quæ huic argumento neceſſaria ſunt, & quæ huic libello anteponenda ſunt vnà cum alijs, quæ in fine mearum annotationum annotata fuerunt. Incurrunt ſæpiſſime lectores librorum geographicorum in quædam vocabula quę ſunt propria & peculiaria geographis,& in ea ſignificatione nulli alteri diſciplinæ, habet enim vnaquæque diſciplina ſuas peculiares dictiones. Noſtra igitur geographia habet ſuas: veluti ſunt quæ ſequuntur.

| | |
|---|---|
| Sub | Citerior |
| Supra | Inferior |
| Cis | Superior |
| Trans | |
| Vlterior | |

Regio quæ magis accedit ad Boreã q̃ alia dicitur ſemper ſupra eſſe, & alia ſub,ita dicimus Ægyptũ eſſe ſupra Æthiopiam,& Æthiopiã ſub Ægypto.

Cis & trãs vel de regionibus dicitur, inter quas eſt mons aliquis,vel de ijs, inter quas eſt fluuius. Dicimus Galliam comatam & eſſe Galliam Ciſalpinam,reliquas vero Belgicam Aquitanicã,Lugdunenſem,& Narbonenſem. Galliam tranſalpinam ſolebant vocare Itali habita ratione illorum cum tamen nobis heæ partes Galliæ ſint Ciſalpinæ,in fluuijs conſtat nam apud Cæſarem reperitur regio tranſrhenana & ciſrhenana.

Vlterior & citerior habita ratione alicuius fluminis dicuntur, vt Hiſpania citerior, quæ ab Ibe-

ro fluuio protenditur vſque ad Pyreneos: vlterior quæ ab Ibero vſque ad Oceanum Occidentalem. Inferior & ſuperior regio dicitur habita ratione alicuius fluuij, ſuperior enim Germania dicitur propterea quod magis accedit ad fontem Rheni inferior, quę magis propinqua eſt oſtijs eiuſdem fluuij.

*De terminis quibus faciliùs regiones diſtinguntur.*

REgionum aliquot diſtinguntur fluminibus, aliquot mari, aliquot vero montibus, & aliquot ex ſententia Ptolemęi linea quadam ficta: ſeiunguntur flumine Tanaï Europa & Aſia, Nilo vero, Aſia & Africa, ſed mari rubro ex Ptolemęo, Europa ab Africa mari noſtro, Hiſpania à Gallia Pyrenęis montib⁹, Italia à Gallia alpibus, Germania à Gallia Rheno fluuio, à Polonia Vviſula flumine.

*Quæ iſtarum diſtinctionum ſit magis geographica.*

EA autem diſtinctio quę fit fluminib⁹ propria eſt geographi, proxima eſt, quæ montibus.

Pomponij

# POMPONII MELÆ DE SITV ORBIS LIBER PRIMVS.

## PROOEMIVM.

ORbis ſitum dicere aggredior, impeditum opus & facundiæ minime capax( cõſtat enim ferè ex gentium locorúmque nominibus & eorum perplexo ſatis ordine, quem perſequi longa eſt magis, quàm benigna materia) verum aſpici tamen, cognoſcíq; digniſſimum: & quod ſi non ope ingenij orãtis, at ipſa ſui contemplatione pretium operæ attendentium abſoluat. Dicam autẽ aliâs plura & exactius. Nunc autem vt quæque erunt clariſsima, & ſtrictim. Ac primò quidem quæ ſit forma totius quæ maximę partes, quo ſingulę modo ſint, vtque habitentur, expediam. Deinde rurſus oras omnium, & littora, vt intrà, extráque ſunt, atque vt ea ſubit ac circum luit pelagus, additis quę in natura regionum, incolarúmque memoranda ſunt. Id quò facilius ſciri poſsit atque accipi, paulò altius ſumma repetetur.

## *ANNOTATIONES in Proœmium.*

Impeditum opus & facũdiæ minime capax] *præfatur operis pondus, varietatem & obſcuritatem, Deinde, quid in hoc libro & in aliis perſequetur,* dicere] *recens & inuſitata locutio pro deſcribere & delineare,* impeditum opus] *impeditum inuolutum, obſcurum implicatum*, Et facundiæ minime capax] *non eſt inquit opus in quo aliquis poßit exercere ſtylum, neque iocundè & facile dicere, minus ornate diſerere*, reddit cauſam, Cõſtat enim ferè & gentium locorumque nominibus,] *barbaris quidem,* Et eorum perplexo ſatis ordine] *intricato, obſcuro, implicito.* Quem perſequi longa eſt magis quam benigna materia] *lege, quod, vt referatur ad opus. Similem habet locutionem deſcribens Syriam, nam poſtquam diuiſit Syriam in partes venit ad Antiochiam loquitur de Syria, olim inquit ac diu potens, dicam poſtea*, Verum aſpici tamen cognoſcíque digniſſimum] *refertur ad opus vt dixi*, at ipſa ſui contemplatione] *lege ipſum hoc modo, at ipſum videlicet opus ſui contemplatione.* Dicam autem aliàs plura & exactius] *ex his dictis facile quiuis colligere poteſt Melam prolixius ſcripſiſſe,* Nunc autem vt quæque erunt clariſſima & ſtrictim] *expũge ſtrictim & repone ſtrictius* Quo ſingulæ modo ſint] *lege, quo ſingulæ modo ſitæ ſint,* Deinde rurſus] *dele illud deinde* intra extraque ſunt] *intra ſinus & extra ſinus* additis] πρὸς τὴν τροπογραφίαν *ſpectant.*

## Mundi in quatuor partes diuiſi. Caput. I.

OMne igitur hoc, quicquid id eſt, cui mundi cęlique nomen indidimus, vnũ eſt, & vno ambitu ſe cunctáque amplectitur. Partibus differt. vnde ſol oritur, oriens nũcupatur, aut ortus: quò demergitur, occi dens

dens vel occaſus:quâ decurrit,meridies:ab aduerſa parte, ſeptentrio.Huius medio terra ſublimis cingitur vndiq; mari, eadémq; in duo latera,quę hemiſphęria nominantur, ab oriente diuiſa ad occaſum,zonis quinq; diſtinguitur: mediam ęſtꝰ infeſtat:frigus vltimas:reliquę habitabiles, paria agunt anni tempora,verum nõ pariter. Antichthones alterã, nos alteram incolimus. Illius ſitus ob ardorem intercedentis plagę incognitus, huius dicendus eſt.Hęc ergo ab ortu porrecta ad occaſum: & quia ſic iacet,aliquanto quàm vbi latiſſima eſt,lõgior,ambitur omnis oceano, quatuorque ex eo maria recipit,vnum ab ſeptentrione, à meridie duo,quartum ab occaſu.Suis locis illa referentur.Hoc primum anguſtum,nec amplius decem millibus paſſuum patens,terras aperit, atque intrat:tum longè lateque diffuſum,abigit vaſte cedentia littora,ijſdémque ex diuerſo prope coeuntibus,adeò in arctum agitur,vt minus mille paſsibus pateat. Inde ſe rurſus, ſed modice admodum laxat, rurſuſque etiam quàm fuit arctius exit in ſpatium.Quò cùm eſt acceptum, ingens iterum & magnum,& paludi(cęterum exiguo ore) coniungitur.Id omne quà venit,quáque diſpergitur, vno vocabulo noſtrum mare dicitur. Anguſtias, introitúmque veniẽtis,nos fretum, Gręci πορθμόν appellant. Quà diffunditur, alia alijs locis cognomina acceptat. vbi primum ſe coarctat, Helleſpontus vocatur: Propontis, vbi expandit:

vbi iterum preſſit, Thracius Boſphorus: vbi iterũ effundit, Pontus Euxinus: quà paludi committitur, Cimmerius Boſphor9: palus ipſa Mœotis. Hoc mari & duobus inclytis amnibus, Tanai & Nilo, in tres partes vniuerſum diuiditur. Tanais à ſeptentrione ad meridiem vergens, in mediam ferè Mœotida defluit: & ex diuerſo Nilus in pelagus. Quod terrarum iacet à freto ad ea flumina, ab altero latere Africam vocamus, ab altero, Europen: ad Nilum, Africam: ad Tanaim, Europen. Vltrà quicquid eſt, Aſia eſt.

## *ANNOTATIONES*
### *In caput primum.*

Omne igitur hoc quicquid id eſt] *Videtur Mela in dubiũ vocare ſubſtantiam cœli, quicquid inquit id eſt, hoc fecit propterea quod fuit muneris geographici agere de ſubſtãtia cœli.* Cui mũdi cœlique nomen indidimus] *veteres philoſophi magnum iniecere Scrupum in his duobus nominibus, mundus & cœlum, confundentes dictiones, ego vero ſecutus Alexandrum Aphrodiſeum, quem relictis omnibus aliis mihi propoſui ad imitandum. Dico mũdum duplicem habere acceptionem, ſumitur enim mundus pro cœlo tantum. i. pro toto illo diuino & circulari corpore, at cœlum pro prima circumferentia & extrema capitur, alio modo continua eius corpora veluti alij cœli alio modo pro tota compoſitione ex cœlo & terra & omnibus, quæ in eis aut ſub eis ſunt. Hanc poſteriorem partem mutuatus eſt Alexander ab Ariſtotele in libello de mundo, priorem partem amplectitur hic noſter Mela mundum vocans cœlum quod ſatis conſtat ex ſequentibus verbis, videlicet vno ambitu ſe cunctáque amplectitur,* Vnum id eſt] *quod ſit tãtum vnum cœlum vel vnus mundus variis argumentationibus docet Ariſtoteles libro primo* περὶ τοῦ οὐρανοῦ *& Alexander, in eundem librum.*

Alexander in primum de Cœlo Ariſtotelis

Et vno

Et vno ambitu ſe cunctaque amplectitur] *duo hic dicit Mela, alterum quod cœlum ſit circularis figuræ, alterum quod ſeipſum & omnia quæ ſunt ſub ipſo complectatur,* Partibus differt ] *partes vocat cœli Orientem Occidentem Septentrionem & Auſtrum ſed vt is locus ſit manifeſtus & ſciamus vnde iſta nomina varia, propterea dico nos poſſe conſiderare cœlum ſine conſideratione aliarum rerum volo dicere nulla habita ratione terræ neque eorum quæ ſupra terram ſunt: hac conſideratione nullus erit oriens, neque Occidens, Septentrio neque Auſter, nā ſi nulla eſſet terra, quibus ſol orire tur & occideret? quibus eſſet Septentrio & Auſter? certe nemini. ſi intelligatur cœlum habita ratione terræ tunc ab effectu erunt iſtæ quatuor partes his nominibus nuncupatæ. Dicuntur eæ partes & finguntur mobiles, nam vbicunque Sol oritur, ibi eſt Oriens, & vbi occidit Occidens, ſecus dicendum de Septentrione & Auſtro, quæ ſunt ſiue finguntur puncta fixa & immobilia. Geographi tamen vt conſtaret ratio longitudinis terræ, excogitarunt punctum quoddam fixum ſiue partem æquatoris fixam per quam tranſiret Meridianus Inſularum fortunatarum, & inde ab Occidente in Orientem procedentes ſignarunt in æquatore centum & octoginta partes ſiue gradus vſque ad terram verſus Oriētem expoſitam & exploratā, itaque gradus longitudinis initium ſumunt ab Occidente, quare autem ab Occidente & non Oriente, dicunt geographi id factum fuiſſe propterea quod Occidente Sole ſequitur aſpectus ſtellarum fixarum & erraticarum ex quo fiunt obſeruationes multæ, quæ non poſſunt interdiu ob ſplendorem Solis fieri, Itaque longitudinem ab Occidente in Orientem faciunt, latitudinem vero à Septentrione in Auſtrum, aduerſus Ariſtotelem, qui longitudinem ab Auſtro ad Septentrionem deſcribit, latitudinem vero ab Ortu ad occaſum.*

## Quod non ſit longitudo niſi ab Occidente in Orientem vel contra.

*Cum cœlum ſit corpus mobile & moueatur ab Oriente in Occidentem videtur quod longitudo debeat ab Oriente in Occidentem ſumi, nam cum termini motus cœli ſint Oriens & Occidens, & Oriens ſit terminus à quo, & Occidens ad quem, cum motus fiat*

*ab altero illorum ad alterum ſupra polos mundi, longitudo pace omnium dixerim erit ab Occidente in Orientem & contra. Ad hæc cũ aliquid mouetur ab.a.in.b. dicimus illum feciſſe vel longam viam vel breuẽ, longitudo igitur debet accipi ab Occidente in Orientem, quod Ariſtoteles diſceſſerit à ſententia geographorum, in cauſa fuit immobilitas polorum cœli & axis ſiue diameter ducta à polo ad polum: nam dixit longitudinem in omnibus corporibus eſſe maximam in illis diſtantiam, ſed cum in ſphæra maxima ſic diſtantia, quæ à polo ad polum eſt. conſequens eſt longitudinem ſumi a polo ad polum, quod ſi dixeris eodem argumento poſſe fieri vt ducatur linea diagonalis ab Oriente in Occidentem æqualis axi polorum aiunt diſtantiam poli ad polum in diametro illã eſſe iam præſcriptã & decretam ab omnibus philoſophis & aſtronomis, reliquas vero minime ſed tantum imaginatione, his addunt quod ſurſum & deorſum ſumuntur à polo ad polum vnde altitudo ab illis ſumetur. aliæ ſunt rationes Ariſtotelicæ, quæ non arrident geographis, propterea illi ponunt longitudinem inter terminos motus circularis ipſius cœli, nã quod Ariſtoteles ait à deorſum ad ſurſum eſſe altitudinem, vt demus illi hoc, non propterea fatebimur altitudinem eſſe longitudinem in corpore ſphærico, ſed vt hæc melius à lectoribus mearum lucubrationum intelligantur, totam hanc quæſtionem ſoluam.*

Ariſtoteles libro 2. de Cœlo.

## Vnde debeat ſumi longitudo in figuris planis.

*In figuris planis circularibus longitudo poteſt accipi ex omnibus partibus poſtquam diametri omnes in circulo ſunt æquales neque aliquo argumento in circulo poteſt eſſe longitudo in vna parte potius quam in alia, Eſto circulus a.b.c.d. Quæro quare ſumetur lõgitudo magis ab.a.in.c. quam à.b.in.d. poſtquam ambæ diametri ſunt æquales poteſt tamen ſumi longitudo ab.a.in.c. præſcripta & determinata ad eam, quam meditaris demonſtrationem. In corporibus rotundis & ſphæricis alia eſt habenda ratio, nam ſi corpus eſt mobile ſumenda eſt longitudo inter terminos motus, nam quando mouemur ſolemus interrogari quam longum iter fecimus, hoc quidem in motibus circularibus, ita de cœlo dicimus longitudinem eius*

eſſe

*eſſe ab Oriente in Occidentem inter quos terminos eſt motus cœli, ſi vero corpus fuerit immobile ab eo loco longitudinem metiemur, à quo voluerimus.*

## In figuris planis πολυγώνοις.

*In figuris planis polygonis.i.multorum angulorum veluti triãgulis, quadratis, pentagonis & aliis, alia habenda eſt ratio, in triangulis vt nonnulli volunt aliter ex varietate triangulorum, nam cum ſint triangula æquilatera quædam, alia duum inequalium laterum, alia trium inæqualium, appellantur & in quadratis ſimilia & in quadrangulis, in quadratis longitudinem deprehendendam eſſe nonnulli aſſerunt ex linea diagonali ab angulo ad angulum protracta, vel ex linea recta in lineam rectam ad perpendiculum incidente vtraque opinio probabilis eſt neque aliena à veritate, interim aperienda ſunt iſta, in triangulis æqualium laterum longitudo deprehenditur ex baſi ſiue ex linea recta producta ab angulo acuto trianguli vſque ad baſim tunc illa linea recta ad perpendiculum longitudo eſt trianguli & eodem modo in aliis triangulis, ſed in his ſemper maius latus eſt longitudo, in quadratis magna difficultas ſed ſi volumus longitudinem accipere per lineam rectam incidentem ad perpendiculum in lineam aliam rectam omnia latera quadrati pro longitudine accipi poſſunt. Sed ſunt nonnulli alij, qui lineam diagonalem ab angulo quadrati ad alium angulum ſibi oppoſitum ductam longitudinem appellent quadrati, nam cum quadratum linea illa diagonali diuidatur in duos triangulos quorum baſis communis eſt linea illa diagonalis ſiue diameter quadrati maior reliquis lateribus quadratis, conſequens erit illam eſſe longitudinem. In quadrangulis longitudo nota eſt, in pentagonis ex linea diametrali ab angulo ad angulum quemcunque voluerimus.*







Triangulus æquilaterus




Triangulus duum æqualium




Triangulus trium inæqualium laterum.









*In circulis & ſolidis ſphæricis corporibus indifferenter deprehenditur longitudo vt in præpoſito circulo.a.b.c.d.nam non rectius capitur longitudo ab.a.in.c.quam a.b.in.d.*

*In triangulis à baſibus accipitur longitudo vt volunt nõnulli, vel à linea recta protracta ab aliquo angulo trianguli ad vnum latus dati trianguli vt in triangulo.a.b.c.lõgitudo ſumitur.ab.a.d.*

*In quadratis vnumquodque latus eſt longitudo vt placet nonnullis,aliis ſumitur longitudo per lineam diagonalem vt in quadrato.a.b.c.d.a.b.latus erit longitudo vel.a.c.aut.c.d. & .b.d.vel linea digonalis.b.c.*

Octogonus
Octoangulorũ.
Diagonales lineę.a.g.b.h.d.e
f.c.




Pentagonus.



*Ex his omnibus facile intelligimus lõgitudines omniũ figurarũ, Sed vt diximus, veteres & recentiores geographi punctum ſibi pro poſuerunt, in æquatore quem interſecaret meridianus incidens in inſulas fortunatas inde ex ſerie numerorum abſoluerunt medietatem ſphære.180 graduum.is Occidens fuit præſcriptus & Oriens, & inuenta eſt tunc longitudo ſemicirculi.180.graduum.*

## Vnde deprehendetur longitudo in æquatorem & quomodo cognoſcetur.

*De longitudine quæſtio eſt magnis contentionibus à recentioribus nautis agitata, neque in hoc tempus ſoluta, quibuſdam dicentibus longitudinem haberi ex ecclypſi lunæ vt Ptolemæus, alijs ex ecclypſi Solis. fuere aliqui & illi peritiſſimi nautæ, qui longitudinem ſtellis fixis tribuerunt ex propinquitate & diſtantia earũdem ad lunam vel Solem & quamquam ſententia Ptolemæi deberemus eſſe contenti, neque à tanto viro tam leuiter diſcedere exponam ſententias aliquorum nautarum, quas ab illis in meo cubiculo audiui, Annus agitur ſextus decimus ex quo inuiſerunt me quatuor incredibili experientia nautæ, Iacobus Quarterius Britannus ex minore Britannia, Germanus Sorıſius Nortmanus, Magallanus nepos illius celeberrimi Magallani, qui nomen dedıt freto auſtrali portugalenſis natione, & Gaſpar ſenenſis, hij omnes me præſente, hanc magnis clamoribus agitarunt quæſtionem, Germano probante Ptolemæi ſententiam & Iacobo Quarterio reclamante, erant enim veteres ſimultates inter eos, Quarterius aiebat longitudinem poſſe deprehendi ex ortu & occaſu ſtellarum fixarum, & hæc fuit ſententia Marini Geographi, quam damnat Ptolemæus, eadem fuit eius ſententia de latitudine, Magallanus noluit dicere ſententiam ſuam, Gaſpar ſubſcripſit Ptolemæo & Germano. Reliquum erat vt ego vltimus dicerẽ quid ſentirem quamquam ægre id fecerim inter tantos in re nauigatoria expertos, dixi iam ſi memini longitudinem cœli ſumi ab Oriente in Occidentem & contra, quod ex motu ipſius collegi, at de longitudine terræ hic nobis dicendum erit, quã hodie ſi velimus eam accipere ex argumento Ptolemæi aperte falleremur, ait enim Ptolemæus longitudinẽ terræ eſſe ab Occidente in*

*Orientem propterea quod maior ſit diſtantia inter punctum Occidentalem & Orientalem terræ videlicet cognitæ quam ſit inter punctum borealem & auſtralem terræ cognitæ, quod argumentum ſeculo Ptolemæi validum fuit, nam eius tempeſtate maxima diſtãtia terræ exploratæ ab æquatore verſus boream erat 63. graduum ad Thulem Inſulam. ab æquatore vero ad Auſtrum 20. quibus ſi addideris 63. ſumma erit. 83. graduum latitudinis terræ cognitæ, diſtantia vero terræ cognitæ ab Occidẽte in Orientem fuit 80. graduũ à meridiano Inſularum fortunatarum Orientẽ verſus & abſoluentes totam ſemiſphæram 180. graduum, hæc omnia doctiſsimè ab illo dicta ſunt, ſed ego neſcio quid diceret ſi diſtantiæ eſſent æquales an propterea nulla eſſet longitudo minus latitudo certæ eſſent in terra heæ duæ dimenſiones non tamen ex ſuo argumento ſed ex motu cœli cui reſpondet longitudo terræ ab Occidente in Orientem. Noſtro autem tempore tantum inualuit audacia hominum & cupiditas immodica indagandi totam terram, vt diſtantia latitudinis terræ cognitæ ſit. 142. graduum, à quibus ſi abſtuleris gradus latitudinis ſeculi Ptolemæi. 1. 83. rectant. 59. gradus, quibus latitudo ſeculi noſtri exuperat latitudinem ſeculi Ptolemæi qui gradus redacti ad communia milliaria vnicuique gradui dando 60. milliaria colliguntur. 2440. milliaria terræ poſt tempora Ptolemæi exploratæ quæ ſi diuidantur & in leucas, vt vulgus loquitur, reducantur ita vt cuilibet leucæ quatuor tribuãtur milliaria ſumma expletur, 560. leucarum, longitudo vero noſtro ſeculo omnis terræ exploratæ eſt. 340. graduum à quibus ſi auferantur, 180. gradus longitudinis Ptolemæi reſiduum erit, 240, graduum quibus ſuperat longitudo terræ nobis cognitæ, longitudinem terræ cognitæ ſeculo Ptolemæi, ita fit vt dimenſiones iſtæ terræ ſint nunc multo maiores.* Vnde Sol Oritur, Oriens nuncupatur, aut ortus, quò demergitur Occidens vel Occaſus, qua decurrit Meridies, ab ad uerſa parte ſeptentrio] *Oriens græcis eſt, ἀνατολὴ Italis leuante Germanis Oſt. Occidens græcis eſt δύσις, Italis ponente, Germanis Vueſt, Meridies græcis μεσημβρία, Italis mezogiorno, Germanis zud, Septentrio græcis eſt, ἀπαρκτίας, ſiue βορέας Italis tramontana Germanis Norden De Meridie pauca dicturus ſum, ne lectores geographicorum librorum interdum hallucinentur, tota igitur il*

*la pars, quæ inter duos tropicos ſita eſt meridionalis dicitur, quia corpus planetæ Solis intra illam decurrit, progredientibus enim nobis a Septentrione vſque ad illam partem obÿcitur, illa pars verſus Auſtrum, quod contingit venientibus ex Auſtro ad illam eandem partem, vtriſque igitur erit Meridies & noſtris & illis, noſtris à Septentrione ad illam accedentibus, illis vero ab Auſtro ad eam tendentibus De ventis quot & qui ſint dicam poſtea.* Huius medio terra ſublimis] *Medium intelligit cētrum mundi ſiue ipſius cœli circa quod eſt terra, quæ propterea quod non mouetur ſublimis videtur & alta, & ſeipſam librare, ſed Heraclides ponticus vt refert Alexander Aphrodiſæus cœlum immobile eſſe voluit terram autem mobilem eſſe & cœlum immobile dixit Heraclides ponticus vt refert Alexander Aphrodiſæus ſecundo libro de Cœlo Ariſtotelis, at ipſemet Ariſtoteles refutans has omnes frigidas opiniones ait terram eſſe immobilem hoc vno argumento, ſi terra moueretur, vel ad medium moueretur, quod falſum eſt nam ipſa eſt in medio & in ſuo loco naturali, vel à medio quod etiam falſiſsimum eſt, nam cum ſit corpus grauiſsimum quieſcit in loco ſuo naturali, ſi enim à medio moueretur motus ille eſſet motus grauis corporis ſurſū & inde motus violentus, & cum nullus motus violentus perpetuo duret motus ille non eſſet perpetuus, quod eſſet contra perpetuitatem mundi, propterea dicit illam non moueri à medio, nam moueretur à medio, & graue aſcenderet, quod eſt contra naturā grauis corporis poſſem & alia referre, ſed philoſophari non eſt inſtituti geographici.* Cingitur vndique mari] *Homero & Ariſtoteli, ac Straboni terra inſula eſt Homeri verſus ſunt qui ſequūtur,* εἶμί γὰρ ὀφομένη πολυφόρβου πείρατα γαίης Ωκεανόν τε θεῶν γένεσιν, *Sed & Ariſtoteles libro de mundo ita habet* νήσων αἱ μὲν εἰσὶ μεγάλαι, καθά=περ ἡ σύμπασα ἥ δὲ οἰκουμένη λέλεκται. *Strabo ex his quæ multi obſeruarunt tam nauigationibus quam peragrationibus ad hunc modum ſcribit, quod autem habitabilis terra ſit inſula, primum à ſenſu & experientia capiendum eſt, nam quocunque accedere mortalibus ad terræ nouiſsima poſsibile factum eſt, mare obuenit quod Oceanum appellamus, vbi vero ſenſu percipere non obtigit, ratio ipſa demonſtrat. Lacus namque ab Oriente, quod ad Indos pertinet, ab occaſu quod ad Hiſpanos & Mauritanos, vt plurimum ab Auſtrali parte*

Ariſtoteles li. 2. de Cœlo.

Ho. Iliad. 14.

Ariſt. in li. de mundo 3. cap.

Strabo lib. primo.

*li parte ac boreali nauigationibus ambitur, & alia,* Zonis quinque diſtinguitur] *Polybius ſex zonas facit, Parmemides quinque ſummo iudicio. Eſt autem zona ſpatium terræ reſpondens præſcripto in cœlo inter duos circulos æque diſtantes.*




*In hoc typo ſunt zonæ quinque, duæ frigidæ illa videlicet quæ eſt à polo arctico vſque ad circulum arcticum propterea quod longe diſtat à corpore ſolari, nam cum Sol non tranſgrediatur duos tropicos fit vt plurimum diſtet ab illa zona antedicta, pari argumento dicendum eſt de altera zona, quæ eſt à circulo antarctico vſque ad polum antarcticum. Sunt quidem aliæ duæ zonæ temperatæ, illa videlicet quæ eſt à circulo arctico vſque ad tropicum Cancri, & alia quæ eſt à tropico capricorni vſque ad circulum antarcticum, nam temperantur à propinquis zonis duobus frigidis & vna torrida ob conſiſtentiam continuam corporis ſolaris, quæ eſt à tropico Cancri vſque ad tropicum Capricorni.*

## De qualitate iſtarum zonarum.

*Veteres quibus non innotuerant iſtæ zonæ ex peregrinatione, ſcripſerunt zonas illas frigidas tam eſſe intemperatas vt eſſent inhabitabiles & zonam illam torridam ob æſtum quoque fecerunt inhabitabilem, nec miror cum non peragrauerint neque habitauerint in illis, non dubito eorum ſeculo nauigaſſe multos ſub illis zonis ſed non habitaſſe, quo fit, vt viſæ fuerint omnibus ferè hominibus inhabitabiles, nobis vero in hoc ſeculo tam audaci ſunt habitabiles quamquam non commode. De zona frigida verſus polum arcticum non dubitamus, quandoquidem ſcimus habitare illam populos multos, de alia verſus antarcticum conſtat ex terra auſtrali nuper inuẽta. Vltra enim circulum arcticum ſunt regiones habitabiles, Gronlandia, Gottia ſeptentrionalis, Cacul zechi & alie regiones habitabiles veluti, Scrinia, Nogai, & aliæ videlicet. Lapia, Cæterũ non velim quenquam putare me affirmare has eſſe omnino habitabiles commodè niſi educatis in illa regione: Neque zonæ temperatæ, ſunt omnino temperatæ, nã ea pars quæ vergit ad zonam frigidã eſt intemperata, & alia quæ ad torridã zonam intemperata medium autem illius zonæ temperatiſsimum. Neque torrida eſt inhabitabilis vt apparet ex nauigationibus portugalenſium: Nam quantus eſt æſtus interdiu tanta eſt humiditas nocte, quæ ambæ temperantur, accepi à multis portugalenſibus Inſulam. S. Thomæ eſſe habitabilem & fertiliſsimam quod minimè contingere poſſet niſi eſſet temperata, nec laboro, quid dixerit Cleomedes qui hæc ex ſuo ſeculo menſus fuit* Mediam æſtus infeſtat frigus vltimas] *Mediam. ſ. torridam æſtus infeſtat quia diu corpus planetæ Solis decurrit per eam frigus vltimas,* Reliquæ habitabiles paria agunt anni tempora] *videlicet zona quæ eſt à circulo arctico ad tropicum Cancri & alia auſtralis à tropico capricorni vſque ad circulum antarcticum nam habent habitantes & æſtatem & hyemem, quemadmodum nos.* Sed non pariter] *quia quando illis eſt æſtas nobis eſt hyems & quãdo illis hyems, nobis æſtas,* Antichthones alteram, nos alteram incolumus] *Quod ſint Antichthones eſt tam clarum ex nauigationibus vt nihil clarius vt interim omittamus illa, quæ adfert Auguſtinus in libris de ciuitate dei, neque eſt quod hic locus*

*nos*

nos moretur , Illius ſitus ob ardorem intercedentis plagæ incognitus huius dicendus eſt] illius hoc eſt zonæ Antichthonum ob ardorem intercedentis plagæ incognitus, dixi de ardore & de habitatione iſtius torridæ, ſeculo Melæ nemo auſus fuit vltra fretum gaditanum nauigare, mirabantur eo tempore hominem ex Gadibus Romam venientem , quin Hieronymus ipſe quiddã magnum eſſe putat, ex Gadibus veniſſe aliquem nam ſcribens Paulino ita habet in principio bibliorum noſtrorum, ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manentem de vltimis Hiſpaniæ Galliarumque finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus , & alio loco in eadem epiſtola miratur Pythagorã adijſſe memphiticos vates in Aegypto & Platonem AEgyptum ipſam quaſi magn⁹ ac admirabilis fuiſſet ex Græcia in AEgyptum traiectus. Huius zonæ noſtræ ſitus dicendus eſt Hæc ergo ab ortu porrecta ad occaſum, & quia ſic iacet, aliquanto quam vbi latiſſima eſt longior, ambitur omnis. Oceano] Terræ longitudo ea tempeſtate qua floruit Mela & noſtra maior fuit latitudine, nam tunc latitudo terræ cognitæ à Septentrione in Auſtrum fuit 83. graduum & longitudo, 180, nunc quoque vt diximus longitudo terræ apertæ, eſt. 240 graduum, quæ ſuperat latitudinem. 142. Quod ambiatur Oceano tota terra dixi. Quatuor ex eo maria recipit] error fuit veterũ geographorum quod terra ex Oceano quatuor maria acceperit , nam Caſpium non accepit. Vnum ab Septentrione] videlicet Caſpium quod falſum eſt , cauſam erroris ſubiungam , veteres putabant Caſpiũ mare parũ diſtare ab Oceano quod non erat verũ nam diſtabat. 12. gradibus qui redigebantur in. 720. milliaria hijs additi ſunt à recẽtioribus. 3. gradus qui ſummam abſoluũt. 180. milliarium quæ addita. 720. ſummã efficiunt 900. milliarium at. 900. ad leucas vt vocant ducta vnicuique leucæ dando tria milliaria colliguntur trecentæ leucæ magnæ. per quam diſtantiam non poterat fluere Oceanus vſque ad Caſpium ſinum nam nunquã viſus eſt tam longus Oceani fluxus, per ſubterranea aiunt nonnulli ex veteribus mare illud in eum locum veniſſe, verum nugamentum . Ego vero poſthabitis veterum ſententiis ſentio lacum illum vel ſinum ex influxione magnorum & multorum fluminum ad vaſtam magnitudinem perueniſſe. à Meridie duo] Perſicum & Arabicum

Quartum ab occaſu] *videlicet mediterraneum ſiue noſtrum;* Hoc primum] *hoc eſt mediterraneum & noſtrum.* Anguſtum nec amplius decem milibus paſſuum patens] 10. *millibus paſſuū tribus leucis vt vulgus appellat & tertia parte vnius leucæ* Iiſdemque ex diuerſo propè coeuntibus] *ex diuerſo ex oppoſito in Helleſponto,* Ingens iterum & magnum & paludi *& lege ingens iterum & magnum paludi abſque & .* Cæterum exiguo Ore ] *lege tantum exiguo ore.* Vno vocabulo noſtrum mare dicitur] *Noſtrum mare dicebatur olim totum illud mare quod fluit à freto Gaditano vſque ad paludem Mœotida poſt fretum, dictum noſtrum, quod tantum Itali Hiſpani, Gallique & littora eius habitantes regiones nauigabant alij vocant mediterraneum propterea quod fluat inter duas terras. Africam videlicet & Europem & partem Aſiæ, fretum dicitur à feruendo autore Varrone, vulgus hunc feruorē vocat corrente, inde omnia freta nauigantibus ſunt inuiſa* ϖορθμόν *traiectū latine de græco verbo.* ϖορθμένω, *quod eſt traiicio, primum fretum dicitur Gaditanum ab inſula quæ propè fauces Occidentales ſita eſt, olim dicta Gades, nunc vero Cadis & Calis corrupto vocabulo, fretum hodie hiſpanicè dicitur ſtrecho de Gibraltar corrupto etiam vocabulo , nam gibel lingua arabica mons appellatur, propterea debuit vocari Strecho de Gibeltar eſt enim Gibeltar oppidum in medio freti littore natura munitiſſimum,* Helleſpōtus] *hodie dicitur el far de Calipoli Italicè, far enim ſtrictum ſignificat.* Thracius boſphorus] *hodie el far de Conſtantinopoli, nam Conſtantinopolis eſt metropolis Thraciæ.* In tres partes] *Varro in duas Aſiam & Europam, veteres apud Herodotum in quatuor, Aſiam, Africam, Europā, & AEgyptum, recentiores in tres tantum, nam AEgyptum Aſiæ partem faciunt.*

## Summa Aſię deſcriptio. Caput. II.

TRibus hanc è partibus tāgit oceanus, ita nominibus vt locis differēs. Eous ab oriēte, à meridie Indicus, à ſeptentrione Scythicus. Ipſa ingenti ac perpetua fronte ad orientē

verſa

verſa tantùm ibi ſe in latitudinem, quantum Europa, & Africa, & quod inter ambas pelag⁹ immiſſum eſt, effundit. Inde cũ aliquatenus ſolida proceſſit, ex illo oceano quem Indicum diximus, Arabicum mare & Perſicum, ex Scythico Caſpium recipit: & ideo quà recipit anguſtior. Rurſus expãditur, & fit tam lata quàm fuerat. Deinde cum iã in ſuum finem, aliarúmque terrarum cõfinia deuenit, media noſtris ęquoribus excipitur: reliqua, altero cornu pergit ad Nilum, altero ad Tanain. Ora eius cum alueo Nili amnis, ripis deſcendit in pelagus, & diu, ſicut illud incedit, ita ſua littora porrigit: deinde fit venienti obuiam, & primùm ſe ingenti ambitu incuruat, pòſt ſe ingenti fronte ad Helleſponticum fretum extendit: ab eo iterum obliquat ad Boſphorum, iterúmque ad Ponticum latus curua, aditum Męotidos tranſuerſo margine attingit. Inde eam gremio ad Tanain vſque complexa, fit ripa, qua Tanais eſt. In ea primos hominum accepimus ab oriente, Indos, Seres, & Scythas. Seres media fermè eoę partis incolunt: Indi & Scythę, vltima: ambo late patẽtes, neque in hoc tantum pelagus effuſi. Spectant enim etiam meridiem Indi, orámque Indici maris (niſi vbi ęſtus inhabitabilem efficiunt) diu continuis gentibus occupant. ſpectant & ſeptentrionẽ Scytę, ac littus Scythicum (niſi vnde frigoribus arcentur) vſque ad Caſpium ſinum poſſident. Inde proxima eſt Ariane, deinde Aria, & Gedroſis, & Per-

ſis ad ſinum Perſicum, hunc populi Perſarum ambiunt, illum alterum Arabes. ab ijs, quod in Africam reſtat, Aethiopum eſt. illic Caſpiani Scythis proximi, ſinum Caſpium cingunt. vltrà, Amazones, vltráque eas Hyperborei eſſe memorãtur. Interriora terrarum multæ varięque gentes habitãt. Cãdari, & Paricani, Bactri & Suſiani: Pharmacotrophi, Bomarei, Coamani, Rophanes, Dahæ. Super Scythas Scytharúmque deſerta, ac ſuper Caſpium ſinum, Comari, Maſſagetę, Caduſij, Hircani, Hiberi. Super Amazonas & Hyperboreos, Cimmerij, Scythæ, Eniochiæ, Georgi, Moſchi, Corſitę, Phoriſtę, Riphaces: atque vbi in noſtra maria tractus excedit, Mardi, Antibarani: & notiora iam nomina, Medi, Armenij, Comageni, Murrani, Vegeti, Cappadoces, Gallogręci, Licaones, Phryges, Piſydę, Iſauri, Lydi, Syrocilices. Rurſus ex iis quę meridiem ſpectant, eædem gentes interiora littora tenẽt, vſque ad ſinum Perſicum. Super hunc ſunt Parthi, & Aſſirij: ſuper illum alterum, Babylonij: & ſuper Aethiopas Ægyptii. Ripis Nili amnis & mari ꝓxima, iidẽ Ægyptii poſſidẽt. deinde Arabia anguſta frõte ſequentia littora attingit. Ab ea vſq; ad flexũ illum quẽ ſuprà retulimꝰ, Syria: & in ipſo flexu, Cilicia: extrà autẽ, Lycia & Pãphilia, Caria, Ionia, Æolis, Troas vſq; ad Helleſpontum. Ab eo Bithyni ſũt ad Thracium Boſphorum. Circa pontũ aliquot populi, alio alióque fine: oẽs vno nomine Pontici dicuntur: ad lacum, Męotici: ad Tanaïn, Sauromatę.

## *ANNOTATIONES*
### *In caput ſecundum.*

*Pomponius ſequutus ſuam methodum reſolutiuam deſcribit in ſumma & in vniuerſum Aſiam.* à Septentrione Scythicus] *diximus hoc falſum eſſe,* Aſiam] *Aſia ab vxore Promethei dicta ſiue ab Aſio Cotyos filio.* Ingenti ac perpetua fronte] *non interrupta, ſed perpetua & continua, vel nullos habens magnos ſinus & tamen habet barbaricum ſinum ſatis amplum* , Tantum ibi ſe in latitudinem effundit, quantum Europa & Africa, & quod inter ambas pelagus immiſſum eſt] *Ego neſcio quis fuerit ille qui compoſitionem huius clauſulæ Pomponii inuerterit, vt in fine periodi verbum, effundit, poſuerit , fateor me reperiſſe in bibliotheca franciſcanorum inferioris Traiecti vulgo Vtrecht hunc librum Melæ bene gloſſatum & infraſcatũ pantagruelizando, in quo hæc periodus erat eo modo inuerſa , puto illum fuiſſe auditorem alicuius profeſſoris Pomponij, qui hæc dictante præceptore exceperat, nemo enim eſt, qui neſciat tantum & quantum non admittere longam hyperbaton ſine verbo.* Solida] *non interrupta continua , abſque ſinibus hoc tempore Pomponij* , Ex Scythico Caſpium recipit] *falſum & mendoſum hoc eſſe diximus* , Et ideo qua recipit anguſtior *. i . in hiis partibus in quibus recipit anguſtior eſt, hæc ex Charta aperta ſunt* . Rurſus expanditur & fit tam lata quam fuerat] *fit quidem rurſus lata ad auream Cherſoneſum, & hoc noſtro ſeculo ad Sinam regionem quam portugalenſes vocant Chinam,* Deinde cum iam in ſuum finem aliarúmque terrarum confinia deuenit] *locus iſte eſt ſub obſcurus & aliquandiu torſit me , nam cum dicat Mela , ipſa ad Orientem verſa , quomodo poteſt ſi ad Orientem vertitur deuenire ad ſuum finẽ & ad confinia aliarum terrarũ videlicet Africæ & Europe , Propterea mihi videtur legendum eſſe rediit , ex Oriente enim rediit ad ſuum finem. i. ad totum illum tractum terræ maritimæ Syriæ qui eſt à Peluſio oſtio vſque ad Amanum montem, verſus Occidentẽ nam ex Oriente rediit in Occidentem illæ tractus eſt finis eius, nec ibi alicui terræ confinis eſt, ſed poſt Amanum mõtem vſque ad fontes Tanais & vltra eſt confinis Europe, in parte au-*

*ſtrali eſt cõfinis Africæ,* Media noſtris æquoribus excipitur *i. mare noſtrum accipit eam per medium,* Deinde fit venienti Obuiam) *deinde Aſia fit obuiam mari noſtro fronte illa maxima quæ eſt à ſinu Iſsico vſque ad Helleſpontum,* Et primum ingenti ambitu ſe incuruat] *in ſinn Iſsico,* Poſt ſe ingenti fronte ad Helleſponticum fretum extendit] *frons illa totam orã maritimam Aſiæ minoris amplectitur vſque ad Helleſpontum* Deinde obliquat ad Boſphorum, *boſphorum Thracium in propontide obliquat quidem parum. boſphorus à meabili bouis tranſitu dictus iſte vero Thracius eſt conſtantinopolitanus,* Aditum Mæotidos *.i. Cimmerium Boſphorũ,* Tranſuerſo margine *.i. littore nam duo littora ponti inuicem ſe reſpicientia alterum Europæ, alterum Aſiæ extranſuerſo ſibi occurrunt vſque ad Cimmerium boſphorum. vide ſemper Chartas alioqui perdis operam.* Inde eam gremio ad Tanaim vſque complexa fit ripa, qua Tanais eſt, *Inde inquit Aſia ipſa eam paludem gremio complexa vſque ad Tanain fit ripa, fluuij, cum eſſet antea littus nam alluebatur mari ſed in Oſtio Tanais incipit ſeptentrionem verſus eſſe ripa, Tanais hodie Don dicitur à Scythis & Sarmatis, Tana ab Italis.* Ab Oriente Indos, Seres, & Scythas, *Indi ab Oriente & Meridie retinent nomen* [De India] *Diuiſa eſt India in ſuperiorẽ & Inferiorẽ, Inferior quidẽ in Indiã extra Gangẽ, & intra Gãgẽ ſuperioris ſunt regna præcipua Cathai, Mulpha, Cyamba, Chairã, Thebet, Bocat, & regnũ Murſuli, Moabor, Moabat, & regnum Var, nũc Synarũ Luſitani vocant Chinarum, India extra Gangem habet Iamai regnum, & propè Malacha, India vero intra Gangem habet Narſingam regnum potentiſsimum, & propè caput Curiæ Calicut regnum & ciuitatem, vbi & canamor, Tormapacain, Pandarani,* [Serica] *Biſnagar, & Bartacala, Serica regio non pertinet ad mare Orientale, cum ſit mediterranea & media inter Indos & Scythas, huius regionis ſunt duæ prouinciæ Camul & Chilchitalis, Scythæ ſunt ſeptentrioni expoſiti & Orienti protenduntur* [Scythia] *ab Oriente vſque ad Rha fluuium ad Occidentem nam vſque ad illum fluuium omnes vno nomine Scythæ dicuntur, & tota regio noſtro ſeculo magna Tartaria dicitur, Principio ab Oriente ſunt Scythæ extra Imaum montem ramentum Tauri ſunt quidem tartari, apud quos eſt Tan-*

gur, Cathai, & Halor, ſubiecta oĩa magno Cham regi Tartarorũ In Scythia intra Imaum ſunt alij Tartari vſque ad Rha fluuium, vt diximus poſtea vſque ad Tanain ſunt Sarmatici aſiatici, Spectant etiam ad Meridiem Indi niſi vbi Æſtus inhabitabilem faciunt] *hoc credebatur ſeculo Melæ, nam illa hodie explorata fuit à portugalenſibus, qui aiunt, illam partem eſſe habitabilẽ & magnos populos eam habitare, In ea parte eſt Calicut, Cambaia & Canamor, & aliæ permultæ ciuitates ditiſſimæ.* Niſi vnde frigoribus arcentur] *pro vnde lege vbi*, Inde proxima eſt Ariane] *pro inde lege indis. Ariana regio & Aria, hodie Turqueſtan regnum extenditur enim vſque ad Carmamam.* [Gedroſia] *hodie regnum Tarſe de quo in pſalmis dauidicis fit mentio, reges Tarſis & Inſulæ munera offerent,* Perſis *nota eſt regio dominus eius eſt Sophi.* Illum alterum *.i. arabicum.* Ab iis, quod in Africam reſtat Æthiopum] eſt *quod in Africam reſtat intellige verſus Meridiem.* Vltra Amazones] *Amazones eſſe rident Herodotus & Strabo necnon & fabuloſam earum hiſtoriam quod facile probat Strabo, verba ipſa Strabonis in medium proferam, habent illa in hunc modum: Nam cum fabula ab hiſtoria diſtinguatur, antiqua enim & falſa & miraculoſa, fabulæ appellantur, hiſtoria ſiue antiqua ſit, ſiue noua, veritatem poſtulat, miraculo vero aut non habet, aut perraro, De amazonibus quidem eadem nunc dicuntur, quæ olim quamquam miraculoſa ſint, & à fide plurimum diſtent. Quis enim credat, vt vel exercitus, vel ciuitas, vel gens vnquam, ex ſolis conſtiterit mulieribus, & non ſolum conſtiterit, verum etiam inuaſerit aliena, & non modo vicinis fuerit dominata, adeò vt vſque in Ioniam proceſſerit, ſed etiam exercitum trans Pontum miſerit, vſque in Atticam hæc & poſt alia multa refert Strabo.* Hyperborei eſſe memorantur] *de Hyperboreis & eorum moribus & vita, déque eorum cœlo dicam, ſunt qui putant Hyperboreas gentes non eſſe, ſed tantum montes, alij & montes & gentes. Cœlum vt exiſtimant alij in eo loco non poteſt eſſe ſaluberrimum, cum ſit frigidiſſimum, neque eſt ibi tempus temperatiſſimum vt nõnulli volunt, qui aiunt Hyperboreos viuere vltra centeſimum annum. Sed vt demus gentem illam illic habitare, non dabimus tamen quicquid de ſolo eorum & vita à plurimis dicitur quin potius aſſe-*

Pſal. 71.

Herodot⁹ in Melpomene.

Strab. li. 11.

rimus nugamenta eſſe impudentiſsima, ſed de hiis latius dicam in tertio libro, Candari lege Gandari. Pharmacotrophi] Sunt, qui aluntur veneno, Dahæ] lege Daæ. Super Scythas Scytharque deſerta ac ſuper Caſpium ſinum] hic locus fuit mihi ſemper obſcurus, & diu habuit animum meum ancipitem, vt quid ſentire deberem planè ignorarem, conſtat enim ex omnibus geographis hos populos, quos hic refert Mela non eſſe ſuper ſcythas neque deſerta ſcytharum, ſed potius ſub| nam Scythæ ſunt borealiores & magis vergunt ad Septentrionem & Caſpiũ quoque mare, idem poſtea de Amazonibus, ſi illorum fabellæ ferendæ ſunt, nam ille magis accedunt à Septentrionem quam illæ regiones quas hic adfert Mela propterea ſæpiſsime mecum cogitaui, quid eſſem in horũ locorum expoſitione dicturus: videbam Comaros & Maſſagetas eſſe multo auſtraliores deſertis Scythiæ & Scythia ipſa, Amazonas & Hyperboreos multo Septentrionaliores Cimmeriis Scythis georgis, & Moſchis, quamobrem magna conſideratione opus eſt, & accurrata collatione locorum Melæ, Mihi hoc tantum incumbit, vt dicam ſententiam meam, neque quicquam definitè aliis præſcribere.

Cum conferrem locos iſtos Melæ in hoc primo libro cum locis Tertij libri omnibus libratis ac perſpectis, inuenio apud Melam eſſe duplices Amazonas, alias Boreales poſt quas verſus Boream ſunt Hyperborei, alias quas idem Mela vocat Sauromatidas: heæ ſunt ad ſinum Caſpium iuxta Sarmatas. Scythas etiam diuidit in Scythas Septentrionales vltimus verſus Oceanum & alios ad Tanaim & paludem Mæotidos, hæc ſunt Melæ in Tertio libro, quæ diuiſio vix etiam videtur ſatiſfacere & ſoluere difficultatem, nam neque ſimpliciter, neque diuiſione illi populi ſunt ſuper ex Ptolemæi tabulis & chartis & ex aliis longe exactioribus. Sed quia incidit ſermo de chartis velim admonere huius diſciplinæ ſtudioſos vt interlegendum Melam habeant ſemper ab oculos chartas quas poterũt minus falſas. quamquam in iis, quæ in manibus hominum habentur innumera ferè ſint mendacia, nec propterea aliquis mirari debet, nã nulla eſt diſciplina, in qua facilius quiuis errare poſsit quam in iſta, dicam poſtea. Cæterum de his locis dicturus ſum & id quidem modeſtiſsimæ neque hac mea ſententia aliorum velim præripere ſenſũ dicam ſemel tantum, ita legendum eſſe locum iſtum Melæ, ſub

Scythis

*Scythis ſcytharúmque deſertis ac ſub Caſpio mari & alio loco ſub Amazonib⁹ & Hyperboreis Cimmerij.* Comageni] *lege comma geni.* Super illum alterum Babylonij] *alterum videlicet arabicum.* Pamphilia] *lege Pamphylia.*

## Summa Europę deſcriptio. Cap. III.

EVropa terminos habet ab oriẽte Tanain & Męotida, & Pontum: à meridie, reliqua noſtri maris: ab occidente Atlanticum: à ſeptentrione, Britannicũ oceanum. Ora eius, forma littorum, à Tanai ad Helleſpontum, quâ ripa eſt dicti amnis, quâ flexum paludis ad Boſphorũ redigit: quâ Ponto, Propontidi, & Helleſponto latere adiacet, contrariis littoribus Aſię non oppoſita modò, verumetiam ſimilis eſt. Inde ad fretũ nunc vaſtè retracta, nunc prominens, tres maximos ſinus efficit, totidémque in altum ſe magnis frontibus euehit. Extra fretum ad occidẽtem inęqualis admodum, pręcipuè media, quâ procurrit ad ſeptentrionem, niſi vbi ſemel iterúmque grãdi receſſu abducitur, penè vt directo limitè extenta eſt. Mare, quod primo ſinu accipit, Ægęum dicitur: quod ſequẽti in ore Ionium: Adriaticum interius: quod vltimo, nos Tuſcum, Graij Tyrrhenum perhibent. Gentium prima eſt Scythia, alia quàm dicta eſt. à Tanai media fermè pontici lateris. Hinc in Ægæi partem continens, Thraciæ ac Macedoniæ adiungitur. Tum Græcia prominet, Ægæúmque ab Ionio mari dirimit. Adriatici la-

tus Illyris occupat. Inter ipſum Adriaticū & Tuſcum Italia procurrit. In Tuſco intimo Gallia eſt. vltrà, Hiſpania eſt. Hęc in occidentem. Denique etiam ad ſeptentrionem diuerſis frontibus vergit: deinde rurſus Gallia eſt longè, & à noſtris littoribus huc vſq; promiſſa. Ab ea Germani ad Sarmatas porriguntur, illi ad Aſiam. Hæc de Europa.

## *ANNOTATIONES.*
### *In caput tertium.*

Europa terminos habet ab Oriente Tanain & Mæotida & pontum] *lege ab Oriente Tanain Mæotida & pontum & dele illud, &, & Mæotida.* A meridie reliqua noſtri maris] *tota hæc lectio eſt inuerſa, propterea lege hoc modo, Europa terminos habet ab Oriente Tanain, Mæotida, & Pontum ab Occidēte Atlanticum, à Septentrione Britannicum Oceanum, à Meridie reliqua noſtri maris.* Ad fretum] *ſ. Gaditanum.* Nunc vaſte retracta] *in ſinibus,* Nunc prominens] *in promontoriis* Frontibus] *promontoriis.* Extra fretum ad Occidentem inæqualis admodum, præcipue media qua procurrit ad Septentrionem] *extra fretum eſt inæqualis qua procurrit ad Septentrionem inæqualis eſt ob paucos ſinus ſed magnos, quod ipſe declarat, cum ait,* Niſi vbi ſemel iterumque grandi receſſu abducitur penè vt directo limite extenta eſt] *à promontorio pyrenæorum quod vergit ad Septentrionem, vbi ſunt Tarbelli hodie Terbenſes vſque ad Gobæum promontorium, quod ciuitates complectitur armoricas in Britannia minore eſt magnus ſinus & magnus receſſus ab eo ad Cymbricam Cherſoneſum ſiue ad Codanum ſinum multo maior id promontorium hodie dicitur Denmarch latine Dania, & ſinus maxime protenditur. Mela vult dicere, quod ſi iſti duo grandes ſinus non obſtarent eſſet europa in media illa parte directo limite axtenſa. i. ſine ſinibus ſaltem magnis ſed tantum exiguis, propterea addidit penè.* Mare, quod primo ſinu accipit, ægeum dicitur] *Aegeum in quam à ca-*

*pris,*

*pris,nunc noſtro ſeculo archipelago dicitur. i.princeps marium citra fretum intelligo ſed quare princeps maris noſtri, quia complectitur inſulas quã plurimas, vt poſtea dicet Mela.* Quod ſequenti in ore Ionium]. I.*à ſinu Corinthiaco vſque fauces ad maris Adriatici,* Adriaticum, interius] *vocatur iſtud mare, mare ſuperũ, & Adriaticum, vulgo lacanal el Golfode Venetia.* Quod vltimo nos Thuſcum] *ab Hethruſcis nunc dicuntur Toſcani quare Thuſcum & Tyrrhenum dicam in ſequentibus narrationibus* Gentium prima eſt Scythia, alia quam dicta eſt, à Tanai media fermè pontici lateris] *loquitur hic de Scythia Europæa Gentium inquit primi ſunt Scythæ verſus ſeptentrionem, & hæc Scythia alia eſt ab ea quam diximus Aſiatica & incipit à fontibus Tanais vſque ad medium latus ponti Euxini.i. vſque ad Oſtia Danubij ſiue Iſtri in Ponto, videant iam omnes interpretes Melæ, an non ſit verum quod Scythæ Europæi continent totum tractum iuxta Tanain paludẽ. Mæotidos vſque ad oſtia iſtri,* Hinc in Ægei partem continens Thraciæ ac Macedoniæ adiungitur] *hinc.i.ab Oſtiis Danubij terra ipſa continens nullo inter iacẽti mari, Thraciæ primum & poſtea Macedoniæ adiungitur.* Tum Græcia prominet] *in Peloponeſo nunc dicta la Morea & hæc peninſula diſtinguit Mare Aegeum à Ionio, nam vt dixi Ageum mare initium habet ab Helleſponto & finem accipit in ſinu megarico inde à ſinu corinthiaco protẽditur Ionium vſque ad fauces maris Adriatici,* Adriatici latus Illyris Occupat] *latus quidem Oriẽtale.* Inter ipſum Adriaticum & Thuſcum Italia procurrit] *aſpiciat vnuſquiſque chartam & id videbit apertè.* In Thuſco intimo Gallia eſt] *ſi Galliam intelligat Ciſalpinam illa plurimum diſtat à Thuſco mari nam in intimo Thuſco. Hætruria & liguria ſunt & non illa gallia Ciſalpina. ſi vero intellexit de tranſalpina, certe illa non eſt in Thuſco intimo neque in Thuſco, quod maius eſt, nam incipit à Varo flumine vſque ad montes Pyrenæos. Quod ſi dixerit Mela eſſe in intimo Thuſco, Galliam Ciſalpinam propterea quod eſt in intima parte maris Thuſci, tunc quonam pacto iſta conſtabunt, quæ dicit in intimo Thuſco Gallia eſt, vltra Hiſpania eſt, nam Hiſpania non eſt poſt Galliam Ciſalpinam ſed potius Gallia tranſalpina media eſt inter Ciſalpinam &*

*Hiſpaniam. Propterea magno iudicio opus eſt colligandis ac connectendis his locis, nam non videtur veriſimile Melam hiis hæſiſſe, aut ſecum pugnare idcirco operepræcium facturus ero, ſi hunc locum aperiam, faciam id quidem, & ſedulo, ſed neſcio an rem ipſam acu tetigero, quamquam nolim lectores hærere dictis meis dicā tamen, quæ potui coniectura & collatione locorum Melæ colligere, in hoc loco, Mela eſt corruptus, vt in aliis pleriſque locis, nam hic iudicio meo legendū eſt, non intimo ſed pro intimo, vltimo voluit enim Mela quod ab vltima parte maris Thuſci īciperet Gallia, & ita eſt, & propterea dicit in vltimo maris Thuſci.*

*Sed quia in hoc eodem capite reliqui locum quendam & non aperte clarum quem ex ordine præpoſuiſſe decebat, nam non meminerem, nunc illum exponam, ne fraudem & lectores & auditores hoc meo laboræ. Igitur in hoc capite ait Mela, niſi vbi ſemel, iterúmque grandi receſſu abducitur, penè vt directo limite extenta eſt, in Tertio libro cap. 20. loquens de latere Galliæ quod Septentrionem reſpicit à promontorio Pyrenæorum vſque ad Rhenum, ita ait, & loquitur de Gallia, Tunc ad Septentriones conuerſa, iterum longo rectóque tractu ad ripas Rheni amnis expāditur, libro primo cap. 3. ait ſemel grandi receſſu abducitur, & ni hoc eſſet, directa & recta fuiſſet, ſed propterea quod non eſt recta ibi Gallia ipſa dixit penè niſi ille ſinus obſtitiſſet, in Tertio libro aperte ſine additione aliqua dicit longo rectóque tractu, videntur iſta pugnare, nam illic videtur inter Rhenum & promontorium illud Pyrenæorum ponere magnū ſinum & longum, vſque ad Gobæum promontorium in Britannia minore quod hodie. S. Matthæus dicitur vbi ſunt armoricæ ciuitates. Pomponius ſentiit rectam eſſe oram propterea quod tantum eſſet vnus ſinus & non plures, nam in primo libro loquitur de Europa & tunc bene addidit penè quia ſunt duo grandes ſinus à promōtorio Pyrenæorum vſque ad promontorium Codanum quod hodie. Dania & Denmarc vocatur & Cymbrica Cherſoneſos.* Vltra Hiſpania eſt ] *Dele illud eſt*, Deinde rurſus Gallia eſt] *ea videlicet quæ eſt à promontorio pyrenæo vſque ad Rhenum*. Longe & à noſtris littoribus ] *id eſt mari noſtro ſiue Mediterraneo*. Ab ea Germani ad Sarmatas illi ad Aſiam ] *iſte locus nonnihil habet difficultatis, nam libro 2. Mela ait*

*la ait Scythas protendi à fontibus Tanais vſque ad oſtia Danubij & comprehẽdere Eſſedones, Agathyrſos & Sauromatas vt ſemel dicam totum illud caput attinet ad Scythiam Europeam nam nulli ſunt Sauromatæ ad paludem Meotidos Tanain & pontum, niſi in Scythia Aſiatica & Sarmatia aſiatica, quod ſi verba Melæ voles referre ad Sarmatas minores verum erit quod ibi dicitur ab ea Germani ad Sarmatas, ſi ad maiores falſum erit, nõ enim Germani ad Sarmatas maiores porrigantur, ſed potius ad minores, neque ad Aſiam porriguntur Sarmatæ ſed Scythæ. Sed vt hæc non faceſſant negocium geographiæ ſtudioſis, ex ſententia veterum geographorũ ante Plinium & Ptolemeum, quamquam Plinius in hanc noſtram pedibus iuit ſẽntentiam, omnes regiones Europææ quæ à Tanai verſus Septentrionem & Occidentem vſque ad viſulam amnem ſitæ erant, vno nomine Scytharum regiones vocari in quorum numero Sarmatæ & aliæ permultæ Scythæ appellabãtur, itaque Sarmatæ ſub Scythis erant huius opinionis eſt Mela noſter, alij dixerunt Sarmatiam complecti illas oẽs regiones vt ſunt recẽtiores ſcriptores, propterea ex ſententia Melæ, vbi in hoc loco legitur Sarmatas, legendum eſt Scythas, & tunc leges hoc modo, ab ea Germani ad Scythas porriguntur, qui ad Aſiam.*

## Summa Africæ deſcriptio. Cap. 4.

AFrica ab orientis parte Nilo terminatur, pelago à cæteris. breuior eſt quidẽ quàm Europa: quia nec vſquam Aſiæ, & non totius huius littoribus obtenditur. Longior tamẽ ipſa, quàm latior, & quà ad fluuium attingit, latiſſima: vtque inde procedit, ita media præcipuè in iuga exurgens, pergit incurua ad occaſum, faſtigiátque ſe molliter, & ideo ex ſpatio paulatim adductior. vbi finitur, ibi maximè anguſta eſt. quantum incolitur, eximiè fertilis. Verum quòd pleraq; eius inculta, & aut arenis ſterilibus obducta,

aut ob ſitim cęli terrarúmque deſerta ſunt, aut infeſtantur multo ac malefico genere animalium, vaſta eſt magis quàm frequens. Mare quo cingitur, à ſeptẽtrione, Libycum: à meridie, Æthiopicum: ab occidente, Atlanticũ dicimus. ab ea parte quæ Libyco adiacet, proxima eſt Nilo prouincia, quam Cyrenas vocant. Deinde cui totius regionis vocabulo cognomen inditum eſt, Africa: cætera Numidæ & Mauri tenent: ſed Mauri in Atlanticum pelagus expoſiti. Vltrà Nigritæ ſunt, & Pharuſij, vſque ad Æthiopas, hi & reliqua huius, & totum latus, quod meridiem ſpectat, vſque in Aſiæ confinia, poſſident. At ſuper ea quę Libyco mari abluuntur, Lybies Ægyptij ſunt, & Leucoæthiopes: & natio frequens multipléxque, Getuli: deinde latè vacat regio, perpetuo tractu inhabitabilis: tum primos ab oriẽte Garamantas, pòſt Augilas & Troglodytas, & vltimos ad occaſum Atlantas audimus. Intra (ſi credere libet) vix iam homines, magiſque ſemiferi Ægipanes & Blemmyę, & Gamphaſantes, & Satyri, ſine tectis paſſim ac ſedibus vagi, habent potius terras, quàm habitent. Hæc ſumma noſtri orbis, hæ maximæ partes, hæ formę, gentéſque partium. Nunc exactius oras ſitúſque dicturo, inde eſt commodiſſimum incipere, vnde terras noſtrum pelagus ingreditur: at & ab iis potiſſimum, quę influenti dextra ſunt. Deinde ſtringere littora ordine quo iacent, peragratiſq; omnibus quę mare attingunt, legere etiã

illa

illa quę cingit oceanus, donec curſus incepti opc ris intrà extraque circumuectus orbem, illuc vnde cœperit redeat.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput quartum.*

Et qua fluuium attingit latiſſima] *fluuium Nilum ibi latiſsima eſt.* Ita media præcipue iniuga exurgens] *à Numidia, quæ ſita eſt in medio Africæ incipiunt exurgere montes quamquam à Catabathmo vſque ad fretum ſemper exurgat Africa præcipuè tamen in Numidia.* Pergit in curua ad Occaſum] *.i. valde curua, nam duas Syrtes habet vaſtas & portus aliquot*, Faſtigiatque ſe molliter] *.i. erigitur & cõtrahitur incunei formã pedetentim*, Ideoq; ex ſpatio paulatim adductior] *quaſi vix ſcires cogn oſcere diſcrimẽ cõtractionis niſi in magno ſpatio,* Vbi finitur, ibi maxime anguſta eſt] *à promontorio viridi vſque ad cotes promontoriũ ſiue Ampəluſiã.* Quantum incolitur eximie fertilis] *in maritimi s videlicet regionibus nã in mediterraneis ſterilis ob penuriã aquarũ,* Cyrenas vocat] *nũc dicitur Corena,* Africa, *nũc Barbaria,* At Super ea, que lybico mari abluuntur] *lege ſub iis, quæ lybico mari, abluuntur.*

## Ad Lectorem.

Expoſui has tres partes terræ quam breuiſſime potui optime lector, nõ ob aliud, quam quod viderem autorem ſcripturum & repetiturum fuiſſe illa ſigillatim & per partes nũc vero poſtquam eò ventum eſt, vt ea, quę in vniuerſum enarraui particulatim ſint mihi declaranda oratum te velim vt ſi qua in re fuero vel negligentior vel impe

ritior, des vel huic argumento vt dixit Mela intricato & perplexo, ſunt enim & oppida & nomina oppidorum & montium ac fluuiorum mutata partim vetuſtate, partim bellis, tum terre motibus deinde inũdationibus fluuiorum & maris, vt poſtea dicam hijs acceſſit bellorum rabies, quæ oppida funditus deleuit & ſolo æquauit, quod factũ fuit his temporibus, hinc eſt, quod iſta omnia deterruerũt Ciceronem à deſcriptione orbis. ita habet ille in 2. epiſtolarum ad Atticum: Et enim geographica, quæ conſtitueram magnum opus eſt, ita valde Eratoſthenes, quem mihi propoſueram, à Serapione & Hipparcho reprehenditur, Quid cenſes ſi tyrannio acceſſerit, & Hercule ſunt res difficiles ad explicandum, Et alio loco in alia epiſtola, De geographia etiam atque etiam deliberabimus, & in priore epiſtola de geographicis dicit, quod non poſſunt ἀνθηρογραφεῖσθαι, id eſt iocunde ſcribi & floridè hæc Cicero. Quod ad nomina recentiora attinet, dicam multa, ſed nõnulla ſubticebo, propterea quod retinuerunt nomina ſua antiqua, hiſtoriam non ſcribam, nam infiniti ſunt qui hoc pręſtiterunt, tantum ſitum geographicum ob oculos auditorum ponam & locos mẽdoſos Caſtigabo, & deſideratos reſtituam difficiles vero quo ad potero nodabo, cętera qui volet legat Strabonẽ Herodotum & Plinium. Vale.

PARTICV-

## PARTICVLARIS AFRICÆ deſcriptio. Mauritania. Cap. V.

DIctum eſt Atlanticum eſſe oceanum, qui terras ob occidente contingeret. Hinc in noſtrum mare pergẽtibus, læua Hiſpania, Mauritania dextra eſt. Primę partes illæ Europę, hę Africę. Eius orę finis Mulucha. Caput atque exordium eſt promontorium, quod Gręci Ampeluſian, Afri aliter, ſed idem ſignificante vocabulo appellant. In eo eſt ſpecus Herculi ſacer, & vltra ſpecum Tingi oppidum peruetus, ab Anteo (vt ferunt) conditum. Extat rei ſignum, parma elephantino tergore execto, ingens, & ob magnitudinem nulli nunc vſuro habilis: quam locorũ accolæ ab illo geſtatam pro vero habẽt tradúntque, & inde eximiè colunt. Deinde eſt mons pręaltus, ei quem ex aduerſo Hiſpania attollit obiectus. hunc Abylam, illum Calpen vocant, columnas Herculis vtrunque. Addit fama nominis fabulam, Herculẽ ipſum iunctos olim perpetuo iugo diremiſſe colles, atque ita excluſum anteà mole montiũ oceanum, ad quæ nunc inundat, admiſſum. Hinc iam mare latius funditur, ſummotáſque vaſtius terras magno impetu inflectit. Cęterum regio ignobilis & vix quicquã illuſtre ſortita, paruis oppidis habitatur, parua flumina emittit, ſolo quã viris melior & ſegnitie gẽtis obſcura. Ex ijs tamen quæ cõmemorare non piget, montes ſunt alti, qui continen

ter,& quaſi de induſtria in ordinem expoſiti, ob numerum ſeptem, ob ſimilitudinem, fratres vocantur. Tamuada fluuius,& Ruſicada,& Siga par uæ vrbes: & portus, cui Magno eſt cognomen ob ſpatium. Mulucha ille quem diximus, amnis eſt ingentium olim regnorum terminus Bocchi, Iugurthæque.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput V.*

*Totius terræ & eius partium in vniuerſum deſcriptio in hunc quem diximus habet mondũ reliquũ eſt, vt eaſdẽ partes Mela ſigillatim deſcribat, ſequutus methodũ ſuam reſolutiuam, quam peripatetici in nonnullis libris ſequuti ſunt. At lector non expectet omnium oppidorum & fluminum montiumque delincationem, nam non hoc pollicitus fuerat principio, ſed tantum præcipua quædam & inſignia propterea præmiſit in procemio ſe quam breuiſsime dicturum, dicam inquit ſtrictius quaſi mittens lectorem ad aliud opus geographicum multo prolixius. Sed cum hæc ita habeant mirum quod in particulari deſcriptione non orſus fuerit ab Europa nobis longe notiore dicam, cum vellet Mela tantum littora vtriuſque maris & noſtri & Oceani & promontoriorum ſinuum necnon & montium primariorum deſcribere, ſitum, voluit à dextra incipere, vt totus circulus littoralis a dextra incipiens parte facilius abſolueretur.* Dictum eſt Atlãticum eſſe Oceanum, qui terras ab Occidente contingeret] *cum conſtet maria varia accipere nomina ex regionibus quas abluunt, mirum eſt, quod Mela voluerit mare iſtud quod Hiſpaniam tangit Atlanticum vocare cũ illud tantum Africæ littora attingat, debuiſſet vocare Hiſpanicũ illud tantũ, quod Hiſpaniam attingit ſiue totum mare Occidentale vt Polybius & Saluſtius, ita eſt, Sed Mela antiquitatem ſecutus eſt terras, Africam & Hiſpaniam,* Hinc] *ex hoc Oceano.* Primæ partes illæ Europe] *hunc locum ſi quis auſus eſſet caſtigare, neſcio an accuſaretur temeritatis vel audaciæ perquàm inſi-*

gnis, ſit ita ſanè, nulla reprehēſio poterit obſtare, quo minus dicam, quid ſentio, totus hic libellus fuit inuerſus & peruerſus, illis temporibus quibus bonæ litteræ ſepultæ fuerunt. Hermolao ſatis fuit, emittere hunc autorē in lucem, cætera alia profecto neglexit, quanquàm quibus literis ſcribenda eſſent nomina locorū oppidorum et montiū diligenter præſtitit. Venio ad locum. Quid ſi pro primæ partes illæ Europæ legeretur, prima pars illa Europæ, hæc vero Africæ. in hoc ſēſu, prima pars illa videlicet, Hiſpania Europæ, hæc. ſ. Mauritania Africæ, an nō videretur lectori etiā mediocris iudicij reſtituta penitùs illa lectio propterea meo iudicio quātumuis exiguo ita legendū eſt, prima pars illa Europæ, hæc Africæ, Eius oræ finis mulucha] finis Mauritaniæ Tingitanæ eſt Mulucha fluuius nauigabilis. Sed poſtquàm in deſcriptionem huius regionis incidi, animaduertat, qui leget hoc meum auctarium, hanc regionem variis ſeculis varias ſubiiſſe mutationes, nam bellis ſæpiſſime vaſtata ferè nulla fuit, & virorum inopia laborans inutilis atque ſterilis manſit vſque ad noſtra tempora, quibus iam culta reperitur. Mulucha fluuius eſt, ſi hiſpanis nautis habenda eſt fides, cuius ortus eſt in Atlante minore, dicto hodie maiuſte hæc regio noſtro ſeculo in duo regna diuiſa eſt, in regnum videlicet, Fez, & de Marruecos, regnū Fez habet proprium regem & Marruecos, Fez eſt regio fertiliſſima ob fluuios irrigantes regionē illā, & interfluentes quorum vnus eſt Mulucha, cuius fecimus mentionem, ab Oriente, ab Occidente in littore maris Oceani Marruecos eſt ſoli ſatis fertilis, ad Marruecos ſunt dynaſtæ duo præcipui, qui vernacula ſua lingua vocātur, Xerife daſaphi, & Xerife dazamor, Tingi opidū] Tingi nunc Tanger ſitum in promontorio, quod caput ſpartel vocatur, à græcis Ampeluſia extra fretum Gaditanum in Oceano Occidentali, fretum vocatur Gaditanum à Gadibus inſula vicina in, Oceano, at illud fretum hodie de Gibraltar appellatur propter oppidum eius nominis in littore freti, neque vnquàm legi, quod vocaretur mare Hiſpalenſe aut de Seuilla, vt nonnulli putarunt. Iol & Cyrtha, Arſenaria. Et Cartenna, non ſunt in Mauritania Tingitana, ſed in Numidia, qui ſcripſerunt eſſe in Mauritania Tingitana maxime hallucinati ſunt, Ob numerū ſeptem ob ſimilitudinē fratres vocantur] huius opinionis fuit Mela & complures alij cum eo. Strabo ait monumentum fuiſſe ſeptem fratrum, qui ibi egerunt,

*quod mihi ſit verisimile, nam ob ſimilitudinem dictos eſſe fratres non negarim, ſed cur alij montes ſimiles non dicuntur fratres? quod dicunt recentiores, qui volunt vocari geographi oppidum ibi ſitum eſſe dictum Septa propter numerum illorum montium, nec durante vita mea neque maiorum meorum illud dictum fuit, Septa, ſed potius Aceuta,* Tamuāda fluuius] *Oriens ex Atlante minori. & nauigabilis, poteſt fieri, quod ſeculo Melæ eſſet vnà cum aliis innauigabilis, hic fluuius rigat partem regni Fez & Alarabum, dictus Bedia,* Abyla] *mons eſt dictus hodie la ſierra dalmarſa totus plenus ſimiis, Serra lingua Hiſpanica eſt mons,* Siga] *ſiga nunc la Guardia,* Ruſicada] *nunc Aſtora.* Mulucha] *nūc Mulelacha arabicè,* Portus cui magno eſt cognomen] *iuxta promontorium, vbi ſiga ſita eſt, nam id promontorium portum facit ſpatioſiſsimum. Hæc Tingitana regio hodie à variis principibus poſsidetur, nam pars illa maritima, quæ eſt à promontorio Ampeluſia. i. capite Spartelli vſque ad finem freti Gaditani à luſitanis poſsidetur, reliqua pars verſus orientem in parte tenent Hiſpani ſubiecti regi Hiſpaniæ.*

## APPENDIX.

*Hæc Mauritania Tingitana quæ partim vergit ad Septentrionem partim ad Occidentem, partim in mediterranæis ad Meridiē bellis & terræmotibus vaſtata olim fuit, inde ad ſummam redactam miſeriam Marrochiani inuaſerunt, gens mahumetica ex Arabia felici in ea aliquot, condidere oppida, at cum eſſent aſſueti latrociniis more ſuæ Arabiæ, libuit eis illum ſequi morem viuendi, inde ditiores facti totam illā regionem occuparunt, & in regnum redegerunt, neque hoc noſtro tempore ceſſant latrociniis vicinas regiones moleſtare, hoc quidem maximo incremento nebulonum, qui ſe illis addixerunt, tanta eſt enim tyrannis in illis, vt regem Fez potentem principem ſæpe inuadant, à noſtris* Hiſpanis *hodie alarabes vocantur.*

Numidia

## Numidia. Cap. VI.

AB eo Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagę, ſpatio quidem quàm Mauritania anguſtior eſt, verum & culta magis, & ditior. Vrbium, quas habet, maximæ ſunt, Cirtha procul mari, nunc Sittianorum colonia, quōdam regum domus Iubæ & Siphacis, cum foret opulentiſsima. Iol ad mare, aliquando ignobilis, nunc quia Iubæ regia fuit, & quòd Cæſarea vocitatur, illuſtris. Citra hanc (nam in medio fermè litttore ſita eſt) Cartēna & Arſenaria ſunt oppida & Ampſa caſtellum, & Laturus ſinus, & Sardabale fluuius. Vltra, monumentum commune regiæ gentis. Deinde Icoſium & Vthiſia vrbes, effluentes inter eas Ancus & Nabar, aliaque quę taceri nullum rerum famæue diſpendium eſt. Interius, & longè ſatis à littore (ſi fidem res capit) mirum admodum, ſpinę piſcium muricum oſtreorúmq; fragmenta, ſaxa attrita (vti ſolent) fluctibus, & non differentia marinis, infixę cautibus anchorę. Alia & huiuſmodi ſigna atque veſtigia effuſi olim vſque ad ea loca pelagi, in campis nihil alentibus eſſe, inueniriq́ue narrantur.

### *ANNOTATIONES*
### *In caput. V I.*

*De Mauritania Cæſarienſi nullam facit mētionem Pomponius forte exiſtimans non opus eſſe, vel putans in Tingitana compre-*

*hendi Cæſariẽſem, Ptolemæus multo aliter ſentit & alij geographi, ſed ego Melam ipſum interpretor: quãquàm nõ ab re erit, ſi quædã Mauritaniæ Cæſariẽſis attigero, antequam deſcribam Numidiam. Fuere permulti geographi, qui has duas Mauritanias planè inuoluerunt atque implicarunt adeo confusè vt nihil ſupra, veteres non reprehendo, ſed recentiores aliquot, qui volunt geographi haberi, quod mihi ſatis moleſtum eſt, cum videam eos hanc diſciplinã ſua natura confuſam ac difficilem cõfuſiorcm facere. Cæſarienſis Mauritania in tria diſtribuitur regna, Tremiſſem, Tenes, & Elgezair, nomina ſunt Arabica, iſta tria regna habent ſedes ſuas in mediterranæis, quanquàm maritima habeant aliquot oppida, regio eſt importuoſa, tantum habet vnum aut alterum, ibi eſt Tremiſſem oppidum & regio, huius regionis rex ſolebat pendere tributum regi catholico Ferdinando, anuero nunc numeret Cæſari neſcimus, quin & rex Tenes ſolitus erat tributum perſoluere quotannis regi Ferdinando Catholico, Tremiſſem regem noui puer, cũ per Valẽtiam magnam iter faceret ad regem Catholicum. Eſt in hac Mauritania Quiza oppidum, hodie dicitur Oram, & eſt ciuitas Chriſtianorũ expugnata quondam expenſis Cardinalis Hiſpaniæ & archiepiſcopi Toletani fratris Franciſci Ciſmenij à Ciſneros, qui erexit compluti in Hiſpania ſexdecim collegia is omnia templa illius oppidi Orani conſecrauit, & erexit in epiſcopatum, ante Oranũ eſt caſtrũ vnà cũ oppidulo natura munitũ in portu illo, quẽ diximus magnũ vocatũ hodie Mazarquebi lingua arabica, inde ad Numidiam in ſinu numidico eſt oppidum Bugia dictum, olim amplum, & quod ego cum patre meo vidi in Africa, ſed cum eſſem puer nõ poteram illa diſcernere, expugnauit Bugiam Petrus Nauarrus dux vel maximè ſtrenuus, ſeculo iſtius Caroli Cæſaris eius nominis quinti ſeruata ſemper eſt, niſi quod mœnia fuere diruta iuſſu Cæſaris, ſeruato Caſtro, quid poſtea actum fuerit ignoro, eſt & ſalde nunquàm colonia vt multi putant, hodie Alger, arabice Elgezair, hodie regnum recens à Barba roſſa factum, cum antea non eſſet niſi pagus in hoc oppido expugnando Carolus quintus maximam iacturam paſſus eſt omnium ſuorum bonornm ob tempeſtatem illam imminentem, de qua aliquid dixiſſem niſi Villagagnonus comendator Melitenſis docte & facundè ea ſcripſiſſet, is enim interfuit, & fuit vulneratus,*

Vulneratus,iſtius Mauritaniæ non meminit Mlela forte ſuo tempore oppida illius non erant tam inſignia quàm nunc ſunt. Tingitanna deſcripſit illi notiſsimam,nam à Melaria vſque ad Tingitanam eſt traiectus quatuor horarũ in fræto gaditano.Hinc eſt quod ab ipſa Tingitana ſtatim venit ad Numidiã vltimam partem Cæſarienſis Mauritaniæ ad fluuiũ ampſagam propterea dixit abeo.ſ. Mulucha eſt Numidia ad ripas expoſita fluminis Ampſagæ, Ampſagæ] Ampſaga oritur in Atlante maiori qui mons hodie dicitur ab Hiſpanis montes claros.i.clarimontes,ij montes diuidũt vniuerſa Africã in duas partes.Spatio quidem quàm Mauritania anguſtior eſt]nam à promontorio Ampeluſia quod hodie dicitur caput ſpartelli vſq; ad ampſagam fluuium ſemper anguſtatur & cõtrahitur Mauritania.Mauritania enim Tingitana latitudine complectitur tres gradus,quos ſi ad milliaria reducamus ſunt. 18. milliaria loquor de regione mediterranea cognita ſeculo Melæ vſque ad montem Atlantem minorem. Numidia vero in latitudine habet duos tantum gradus videlicet.120.milliaria, Verum & culta magis & ditior]ob inclyta oppida Melæ temporibus,& copiam ſtationum Cirtha procul mari] Si Saluſtio habenda eſt fides non eſt procul à mari, verba Saluſtij in iugurthino ita habent:Interim haud longe à mari prope Cirtham oppidum,ſi enim propè illum locum erat Cirtha non erat procul mari,propterea lege,haud procul mari, vocatur hodie Cirtha Conſtantina. Nunc Sittianorum colonia] Sittiani fuerunt primi & antiquiores Numidæ,Iol ad mare]Iubæ regia vocata Cæſarea,Iulia videlicet Cæſarea in Auguſti fauorẽ.Cartenna,& Arſenaria] Cartenna hodie ſilleſo,Arſenaria hodie Arſeram.Effluentes intereas Ancus & Nabar]lege & effluentes, Aliaque quæ taceri vſque ad finem capitis,Aliaque,quę tacere nullum rerum famæue diſpendium eſt, interius & longe ſatis, à littore,ſi fides rem capit,mirum admodum, ſpinæ piſciũ muricum oſtreorumque fragmenta,ſaxa attrita,vti ſolent fluctibus & non differentia marinis,infixæ cautibus anchoræ,alia & eiuſmodi ſigna atque veſtigia effuſi olim vſq; ad ea loca pelagi, in cãpis nihil alentibus eſſe] Sed ne Pomponius hæc prædicta miretur dicam quod vidi, apud

*Tungrenſem oppidum viſæ ſunt ſpinæ piſcium & cautes fluctibus attritæ & anchoræ magnæ, & nonnulla iſtorum hodie viſuntur, neque aliud potuit eſſe quàm quod mare illuc olim peruenerit, alioqui qui poſſet aliter fieri, in phryſia occidentali, ab oppido Harlinguen ad Amſterredamum vſque, olim erat terræ ſpatium .14. leucarum germanicarum, & iam mare ſuo impetu operuit totum illud terræ ſpatium vt non poſsis ex Amſteredamo ire in phryſiam niſi naui, in eadem Phryſia, totus ille tractus terræ qui eſt à mari ad Leoardiam vſque olim ferè erat mare, nunc terra in qua ſunt & multæ abbatiæ & parrochiæ imo iam rurſus inundaret terram mare ipſum in illis locis, niſi prohiberēt aggeres, auſim dicere Hollandiam vniuerſam paſſurā fuiſſe maris inundationem niſi occurrerent incolæ aggeribus, quin & ſuperioribus annis bona pars Zelandiæ ſubmerſa fuit, quare non debent iſta mira videri, poſtquàm indies vidētur & cōtrectantur ab omnibus, & hæc de Numidia.*

## Africa minor. Cap. 7.

Regio quæ ſequitur à promontorio Metagonio ad aras Philenorū, propriè nomen Africæ vſurpat. In ea ſunt oppida, Hippo regius, & Ruſicade, & Tabraca: deinde tria promontoria, Candidum, Apollinis, Mercurij, vaſtè proiecta in altum, duos grādes ſinus efficiunt: Hipponenſem vocant proximum ab Hippone Diarrhyto, quod littori eius appoſitum eſt. In altero ſunt caſtra Lęlia, caſtra Cornelia, flumen Bragada: vrbes, Vtica & Carthago, ambę inclytæ, ambę à Phœnicibus conditę. Illa fato Catonis inſignis, hęc ſuo: nūc populi Romani colonia: olim imperij eius pertinax ęmula: iam quidem iterum opulenta, etiam nunc tam priorum excidio rerum, quàm ope præſentium clarior. Ha

drumentum

drumentum, Leptis, Clupea, Abrotonũ, Taphræ, Neapolis, hinc ad Syrtim adiacent, vt inter ignobilia, celeberrimæ. Syrti ſinus eſt centum ferè millia paſſuum, quà mare accipit, patens: trecenta, quà cingitur. Verum importuoſus atque atrox, & ob vadorum frequentium breuia, magíſque etiã ob alternos motus pelagi affluentis & refluentis infeſtus. Super hunc ingens palus, amnẽ Tritona recipit, ipſa Tritonis, vnde & Mineruæ cognomẽ inditum eſt, vt incolę arbitrantur, ibi genitæ: faciúntque ei fabulę aliquam fidẽ, quòd quem natalem eius putant, ludicris virginum inter ſe decertantium celebrant. Vltrà eſt Oea oppidum, & Cyniphs fluuius, per vberrima arua decidens: tũ Leptis altera, & Syrtis nomine atque ingenio par priori: cæterũ altero ferè ſpatio, quà dehiſcit, quáque flexum agit, amplior. Eius promontoriũ eſt Borion, ab eóque incipiens ora, quam Lotophagi tenuiſſe dicũtur, vſque ad Phycunta: & id promontorium eſt, importuoſo littore pertinax. Aræ ipſę nomen ex Philenis fratribus traxere, qui contra Cyrenaicos miſsi Carthagine, ad dirimendũ cõditione bellũ diu iam de finibus, & cũ magnis amborũ cladibus geſtũ, poſtq̃ in eo quod conuenerat, non manebatur, vt vbi legati concurrerẽt, certo tẽpore vtrinque dimiſsi, ibi termini ſtatuerentur: pacti de integro, vt quicquid citrà eſſet, popularibus cederet: mirũ & memoria digniſsimũ facinus, hîc ſe viuos obrui pertulerunt.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput ſeptimum.*

*Poſt Numidiam deſcribenda eſt nobis Africa quæ à veteribus dicta fuit minor & inter cæteras obtinuit nomen Africæ propter ſoli vbertatem & fertilitatem , quanquàm nonnullis placet vocare illam Africam ab oppido græcis dicto Aphrodiſium, quod hodie Africa dicitur , id oppidum præteritis annis expugnatum fuit à Cæſare Carolo quinto vtcunque fuerit Africa dicitur minor quemadmodum Aſia minor, quæ nunc Anatolia dicitur & Turchia eodem argumento. Hiſpani & Itali ad hæc noſtra tempora appellarunt* Barbariã, *et hoc nomine vocantur omnia oppida in illa parte, veluti Tripolis in Barbaria, Tunes in Barbaria , & alia ad hunc modum,* Regio quæ ſequitur à promontorio Metagonio] *Metagonium promontorium hodie dicitur cabo de tres arcas. Cum nulla ſit facta mentio in prædictis de metagonio promõtorio, quid quæſo iam meminit, vtriuſque enim Mauritaniæ verſus Orientem finem fecit Ampſagam fluuium, Debuiſſet igitur dicere ab Ampſaga fluuio, & non à Metagonio promontorio, hæc accepit Mela ex ſtrabone, qui huius promontorij mentionem facit , ſed quia Straboni hæc regiones Africæ nondum planè compertæ erant non eſt is, quẽ in hac deſcriptione imitari debeamus. Sed propterea quod diſtinctio regionum vt dixi propriè & præcipue ſumitur à fluuiis, Ampſaga fluuius fuit terminus inter Numidiam & Africam minorem conſequens eſt, vt ſit initium regionis ſequẽtis. ſ. Africæ minoris. vnde exiſtimarim ſeruato iudicio eruditiſſimorum virorum locum eſſe deprauatum, itaque iudicio meo ita eſſet legendum , Regio, quæ ſequitur à flumine Ampſaga, vel hoc modo & melius. Ab Ampſaga fluuio regio, quæ ſequitur ad Aras Phylenorum, proprie nomẽ Africæ vſurpat.* Hippo regius, Ruſicade & Tabraca] Hippo *regius oppidum fuit ſatis celebre Auguſtini ætate fuit à Vãdalis & aliis barbaris dirutum, hodie dicitur Bona in regno Tunetenſi, hoc oppidum et alia quædam maritima Cæſar coëgit ad pendendum tributum, ſunt quidem ſubiecta regi Tunetenſi interim Cæſar habet arces. Ruſicadẽ deleta fuit et nunquam inſtaurata. Tabraca ad mare iuxta Oſtia Rubricati fluuij.* Deinde tria promontoria,

toria, Candidum Apollinis & Mercurij] Candidum iuxta Hipponem diarrhyton, Apollinis iuxta vticam, Mercurij paulo vltra Carthaginem à Græcis Herme promontorium, Vaſte proiecta in altum] ſolum Apollinis promontorium vnà cum promõtorio Mercurij eſt vaſte proiectum, quamquam Mercurij vaſtius Duos grandes ſinus efficiunt] inter Hipponem diarrhytõ & Apollinis promontorium eſt prior ab Apollinis promontorio vſque ad Mercurij promontorium eſt poſterior, Mercurij promontorium hodie vocatur cabo de Nubia. Hippon Diarrhyton] dictum eſt ab irrigãtibus & interfluẽtibus aquis. Vtica & Carthago] vtica hodie Biſarta tributaria Caroli Cæſaris huius nominis Quinti ſubiecta tamen regi Tunetenſi, hæc morte Catonis inſignis ibi enim Cato ſibi conſciuit mortem, Carthago Totius Africæ olim metropolis, nomen retinet ſita eſt in promontorio in mare protenſo habens ſpeciem inſulæ, ſed arctiſsimo iſthmo Africæ coniungitur, vrbs ipſa partim mari partim ſtagnis anguſtatur, latitudo terræ, quæ eam cum Africa iungit, non amplius quam tria millia paſſuum continet ab vna parte quæ in mare protenditur, Vtica eſt in altera, in ſinu paludis Tunes eſt oppidum, hodie viſuntur quædam antiqua, vnde licet coniectare quanta ciuitas fuerit, ante actis temporibus tota eius potentia migrauit in Tunes oppidum celebre & metropolitanum in regno Tunetenſi, promontorium Cartaginis adhuc extat, ſed Iſthmus ille tam anguſtus minimè, nã ruina domorum factus eſt longe latior viſitur hodie fluuius iuxta Iſthmum Machera nomine fuit Carthago in faucibus illius paludis, qua itur ad Tunes, paulo interius fuit inſula quædam ſiue monticulus ſatis planus in medio aquarum, in quo ſarraceni & poſtea turcæ arcem munitiſsimam erexerunt, & quia eſt in faucibus illius paludis, Goletam vocarunt. i. paruum guttur vel paruam gulam, in ſinu illius paludis eſt Tunes, quod oppidum à Carthagine diſtat. xv. millirum. i. v. leucis per paludem. Eſt tota illa via ſicca. ſi per terram iter feceris ſine fontibus ac puteis niſi quando diſtas paruo milliari à Tunes, Hadrumentum, leptis Clupea, Abrotonum, Taphræ, neapolis. hinc ad Syrtim adiacent.] magis perſpicua erit oratio, ſi ita legatur, hinc Hadrumentum, leptis, Clupea, Abrotonum, Ta-

*phræ,Neapolis , ad Syrtim adiacent Leptis parua:Clupea , hodie Quipia,in promontorio Mercurij,Taphræ,vulgo fachs,vna ex tripoli.Neapolis vulgo tripolis barbariæ huius expugnationem vidi vna cum patre meo, expugnauit eam ſtrenuus imperator exercitus hiſpanorum Petrus Nauarrus nomine regis catholici Ferdinandi, fuit expugnata ipſo die.S.Iacobi,hanc Cæſar Carolus Quintus dedit comendatoribus Melitenſibus quam poſtea neſcio cuius proditione amiſſa fuit.*Hæc *ſunt Pomponij, interim non eſt ſilentio prætereunda Aphrodiſium, quæ nunc Africa dicitur,fuit oppidum for tiſsimum natura & arte antequam expugnaretur ab imperatore Carolo quinto,hæc eſt in ſinu quem facit verſus Orientem promontorium Mercurij.*Syrtis] *locus in mari arenoſus interdum habens profundam aquam ex fluxu maris, interdum vel parum aquæ in refluxu,vel etiam nullam aquam,& tunc cōtingit videre arenam. Hiſpani vocāt baxos de Barbaria, flandri* Banchs,*Itali* Banchi. *Sed non ab re erit tranſcribere locum illum ſaluſtij in Iugurthino de ſirtibus ita illæ habet:Cæterum ſitum inter duas Syrtes, quibus nomen ex re inditū,nam duo ſunt ſinus propè in extrema Africa impares magnitudine pari natura , quarum proxima terræ præalta ſunt,cætera vti ſors tulit alta , alia intempeſtate vadoſa,& alia quæ adferre longum eſſet.* Qui contra Cyrenaicos] *locus iſte vt in prioribus annotationibus dixi eſt nullius ſenſus & planè mutilus,in quo quædam deſiderantur,quæ ex Saluſtio reſtitui erit tamē operæ prætium breuem hiſtoriam Saluſtij huc afferre, ita habet ille, qua tempeſtate Carthaginenſes pleráque Africæ imperitabant, Cyrenenſes quoque magni atque opulenti fuere.Ager in medio arenoſus vna facie,neque flumen,neque mons erat,qui fines eorum diſcerneret quæ res eos magno diuturnóque bello inter ſe habuit. Poſtquam vtrinque legiones,item claſſes ſæpe fuſæ,fugatæque, & alteri alteros aliquantulum attriuerāt, veriti ne mox victos,victoréſque defeſſos alius aggrederetur, per inducias ſponſionem faciunt, vti certo die legati domo proficiſcerentur, quo in loco inter ſe obuij fuiſſent,ibi cōmunis vtriuſque populi finis haberetur. Igitur Chartagine duo fratres miſsi, quibus nomem philenes erat, maturauere iter pergere.Cyrenenſes tardius iere.id ſocordianè an caſu acciderit,*

*parum*

parum cognoui. Cæterum ſolet in illis locis tempeſtas haud ſecus at-
que in mari retinere nam vbi per loca æqualia & nuda gignenſiũ
ventus coortus arena humo excitauit, ea magna vi agitata, ora ocu-
lóſque implere ſolet, ita proſpectu impedito morari iter. Poſtquam
Cyrenenſes aliquantò poſteriores ſeſe vident, & ob rem corruptam
domi pœnas metuunt, criminari Carthaginenſes ante tempus domo
digreſſos. denique omnia malle quem victi abire, ſed cum Pœni aliã
conditionem tantummodo æquam peterẽt, græci optionem Cartha-
ginenſibus faciunt: vt vel illi, quo fines populo ſuo peterent, ibi vi-
ui obruerentur, vel eadem conditione ſeſe quem in locum vellẽt pro-
ceſſuros. Phylæni conditione probata, ſeque vitámque ſuam reipub.
cõdonauere, ita viui obruti: Carthagineſes in eo loco fratribus aras
conſecrauere, alijque illis domi honores conſtituti, hæc Saluſtius in
iugurthino, lectioni Pomponianæ debent poſt illud pacti de integro,
addi iſta verba, vt vel illi, quo fines populo ſuo peterent ibi viui
obruerẽtur, vel eadem conditione ſeſe, quem in locum vellẽt proceſ-
ſuros. Phileni conditione probata, mirum & alia quæ ſequũtur. Sed
quia omiſi aliqua de Cyniphe fluuio & de fluuio Tritone, ea non
prætermiſſurus ſum. Mela poſtquam ſcripſit priorem Syrtim verſus
Occidentẽ ſinum eſſe importuoſum atque atrocem, paulo poſt addi-
dit. Super hunc ingens palus] lege ſub hoc. Amnem Trito-
na recipit] Triton non longe à mari ortum habet, palus ipſa dicta
eſt Tritonis, propterea Pallas vocata fuit Tritonia. Quod quem
natalem eius putant] lege quem natalem eius diem putant. Cy-
niphs fluuius per vberrima arua decidẽs] omnes ripæ iſtius
fluuij vſque ad fontem eius ſunt fertiliſsimæ, neque eſt in vniuerſa
Africa fluuius fæcundior iſto, nam tota regio circumſtans eſt om-
nium frugum & fructuum fæcundiſsima generatrix eius pro-
montorium eſt borion] importuoſum quidem & nauium ſta-
tionibus infeſtum. Loto phagi] inſula eſt lotophagorum in Syrti
maiori quæ nunc dicitur Algelbens, expugnata ſemel ab Hiſpanis
& rurſus amiſſa, magna clade ab Hiſpanis accepta, ibi interfectus
fuit pater iſtius ducis Alnæ, qui iam gerit vices in Italia Philippi
Hiſpaniæ & Neapolis Angliæ que regis.

## Cyrenaica. Cap. 8.

INde ad Catabathmon Cyrenaica prouincia eſt, in eáque ſunt Ammonis oraculũ, fidei inclytę:& fons, quem Solis appellãt: & rupes quædam Auſtro ſacra. Hæc cùm hominum manu attingitur, ille immodicus exurgit, arenáſque quaſi maria agens,ſic ſęuit,vt ęquor fluctibus.Fons media nocte feruet,mox & paulatim tepeſcens, fit luce frigidus : tunc vt ſol ſurgit, ita frigidior : ſubinde per meridiẽ maximè riget : ſumit deinde tepores iterũ, & prima nocte calidus, atq; vt illa procedit,ita calidior : rurſus cũ eſt media, perferuet. In littore promontoria ſunt Zephyrion,& Nauſtathmos:portus Parętonius: Vrbes,Heſperia,Apollonia,Ptolemais,Arſinoë,atq; (vnde terris nomẽ eſt)ipſa Cyrene.Catabathmos vallis deuexa in Ægyptum,finit Africam.Orę ſic habitantur, ad noſtrum maximè ritum moratis cultoribus,niſi quòd quidam linguis differunt,& cultu deorum,quos patrios ſeruãt,ac patrio more venerantur.Proximis nullæ quidem vrbes ſtant, tamen domicilia ſunt,quæ Mapalia appellantur: victus aſper, & munditiis carens. Primores ſagis velantur,vulgus beſtiarũ pecudúmque pellibus: humi quies, epulæq; capiuntur. Vaſa ligno fiũt, aut cortice.Potus eſt lac,ſuccuſq; baccarum. Cibus eſt caro,plurimùm ferina. nã gregibus (quia id ſolum optimum eſt)quoad poteſt,parcitur.Interiores

teriores

teriores etiam incultius, ſequuntur vagi pecora, vtque à pabulo ducta ſunt, ita ſe, ac tuguria ſua promouent: atque vbi dies deficit, ibi noctem agunt. Quanquàm in familias paſſim & ſine lege diſperſi, nihil in commune conſultant, tamen quòd ſingulis aliquot ſimul cõiuges, & plures ob id liberi agnatique ſunt, nuſquam pauci degunt. Ex iis qui vltra deſerta eſſe memorãtur, Atlantes ſolem execrantur, & dum oritur, & dum occidit, vt ipſis agríſque peſtiferum. Nomina ſinguli non habent. non veſcuntur animalibus, neque illis in quiete, qualia cæteris mortalibus, viſere datur. Troglodytæ nullarũ opum domini, ſtrident magis quam loquuntur, ſpecus ſubeunt, aluntúrque ſerpẽtibus. Apud Garamantes etiã armenta ſunt, eáque obliqua ceruice paſcuntur. Nã pronis directa in humum cornua officiunt. Nulli certa vxor eſt. Ex his qui tam confuſo parentũ coitu paſſim incertíſque naſcuntur, quos pro ſuis colant, formæ ſimilitudine agnoſcunt. Augilæ manes tantùm deos putant, per eos deierant, eos vt oracula conſulunt, precatíque quę volunt, vbi tumulis incubuere, pro reſponſis ferunt ſomnia. Fœminis eorũ ſolẽne eſt nocte qua nubunt, omniũ ſtupro patere, qui cũ munere aduenerint, & tum cũ plurimis concubuiſſe maximũ decus, in reliquũ pudicitia inſignis eſt. Nudi ſunt Gamphaſantes, armorúmque omniũ ignari: nec vitare ſciunt tela, nec iacere, ideóq; obuios fugiunt, neque aliorũ quàm

quibus idem ingenij eſt, aut congreſſus, aut collo quia patiũtur. Blemmyis capita abſunt, vultus in pectore eſt. Satyris præter effigiem, nihil humani. Ægipanum quæ celebratur, ea forma eſt. Hæc de Africa.

## *ANNOTATIONES In Caput VIII.*

Inde ad Catabathmon Cyrenaica prouincia eſt] *Inde hoc eſt ab Aris Philenorum, Catabathmos deſcenſus eſt ſiue decliuis regio ait Mela, Cyrenaicam prouinciam initium ſumere ab Occidente ab aris philenorum vſque ad* Catabathmũ *i. vſque ad principium deſcenſus in Aegyptum, hæc regio originem duxit à græcis propterea populus in ea Olim loquebatur græce. hinc eſt, vt tot viri illuſtres, & perquam docti ex illa prodierunt poſſem eorum catalogum referre ſed non eſt inſtituti mei.* Ammonis Oraculum] *ab hoc loco vſq; ad illũ in littore promõtoria ſunt, omnia ſcatent fabulis ſumptis ex Herodoto mẽdaciorũ parente.* In littore promontoria ſunt] *antequam de promontoriis dicam hæc regio Cyrenaica hodie dicitur Corena, quo nomine etiam oppidum Cyrene hodie vocatur,* Zephyrion & Nauſtathmos] *Duo promontoria, quæ portum faciunt non ſatis tutum qui & Nauſtathmos quoque vocatur, quamquam dictus fuerit à nauium ſtatione,* Paretonius portus] *portus magnus & eiuſdem nominis olim ciuitas ampliſſima,* Vrbes Heſperia, Apollonia, Ptolemais. Arſinoe] *Heſperia vulgo Bernic. Apollonia hodie Bonadria. Ptolemais nunc Tolometa. Arſinoe noſtro ſeculo Trochara.* Atque vnde terris nomen eſt Cyrene] *hodie Corena in mediterraneis. Hæc regio nõ vſque adeò eſt frequentata ob ſterilitatem & quia arenoſa eſt Tolometa ab iis, qui in Alexandriam nauigant, frequentatur vt recentem aquam dulcẽ haurire ex puteis poſsint.* Proximis nullæ quidem vrbes ſtant] *lege hoc modo, proximis nullæ quidem vrbes ſtatæ, tamen domicilia ſunt. hoc vocabulo vtitur ſæpiſsime Mela, veluti primo capite libri ſecundi, habet Mela in hunc modum. Vagi Nomades,*

*mades, pecorum pabula ſequuntur, atque vt illa pecori durat, ita diu ſtatam ſedem agunt.*

## PARTICVLARIS ASIÆ deſcriptio Ægyptus. Cap. 9.

ASiæ prima pars Ægyptus inter Catabathmon & Arabas, ab hoc littore penitus immiſſa, donec Æthiopiam dorſo cõtingat, ad meridiem refugit. Terra expers imbrium, mirè tamen fertilis, & hominũ aliorumq́ue animalium perfecunda generatrix. Nilus efficit, amniũ in noſtrũ mare permeantium maximus. Hic ex deſertis Africę miſſus, nec ſtatim nauigari facilis, nec ſtatim Nilus eſt: & cùm dieu ſimplex ſæuuſq; deſcendit, circa Meroën latè patentem inſulam, in Æthiopiã diffunditur, alteraque ex parte Aſtaboras, altera aſtapus dictus eſt. Vbi rurſus coït, ibi nomen hoc capit. Inde partim aſper, partim nauigia patiẽs, in immanem lacum deuenit: ex quo præcipiti impetu egreſſus, & Tachempſo alteram inſulã amplexus vſque ad Elephantidem vrbem Ægyptiã atrox adhuc feruenſque decurrit. Tum demum placidior, & iam penè nauigabilis primũ iuxta Cercaſorum oppidum triplex eſſe incipit: deinde ſemel iterúmque diuiſus, ad Delta & Metilin it per omnem Ægyptum vagus atque diſperſus, ſeptémque in ora ſe ſcindens, ſingulis tamen grandis euoluitur. Non pererrat autem tantùm eam, ſed æſtiuo ſydere exundans etiã irrigat, adeò

efficacibus aquis ad generandum alendúmque, vt præter id quòd ſcatet piſcibus, quòd hippopotamos, crocodilóſque vaſtas belluas gignit, glebis etiam infundat animas, ex ipſáque humo vitalia effingat. Hoc eo manifeſtũ eſt, quòd vbi ſedauit diluuia, ac ſe ſibi reddidit per humentes campos quædam nõdum perfecta animalia, ſed tum primùm accipientia ſpiritum, & ex parte iam formata, ex parte adhuc terrea, viſuntur. Creſcit porrò, ſiue quòd ſolutæ magnis æſtibus niues, ex immanib9 æthiopiæ iugis largius quàm ripis accipi queant, defluunt: ſiue quòd ſol hyeme terris propior, & ob id fontem eius minuens, in ęſtate tunc altius abit, ſinitque integrũ, & vt eſt pleniſſimus ſurgere: ſiue quòd per ea tempora flantes Eteſiæ, aut actas à ſeptentrione in meridiem nubes, ſuper principia eius imbre pręcipitant: aut venienti obuij aduerſo ſpiritu, curſũ deſcẽdẽtis impediũt: aut arenis, quas cum fluctibus littori applicant, oſtia obducunt, fitque maior: vel quod nihil ex ſemet amittit: vel quòd plus quàm ſolet, accipit: vel quòd minus quàm debet, emittit. Quòd ſi eſt alter orbis, ſuntque oppoſiti nobis à meridie Antichthones, ne illud quidem à vero nimiũ abſceſſerit, in illis terris ortum amnem, vbi ſubter maria cæco alueo penetrauerit, in noſtris rurſus emergere, & hac re ſolſtitio accreſcere, quòd tum hyems ſit vnde oritur. Alia quoque in his terris mira ſunt. In quodã lacu Chemnis inſula, lucos

ſyluáſque

ſyluáſque & Apollinis grande ſuſtinens templũ, natat, & quocũque venti agunt, pellitur Pyramides tricenûm pedum lapidibus extructę, quarum maxima (tres namque ſunt) quatuor ferè ſoli iugera, ſua ſede occupat: totidem in altitudinem erigitur. Mœris aliquando campus, nunc lacus, viginti millia paſſuũ in circuitu patens, altior quàm ad nauigandum magnis onuſtíſque nauibus ſatis eſt. Pſammetichi opus Labyrinthus, domos mille & regias duodecim perpetuo parietis ambitu amplexus, marmore extructus ac tectus, vnum in ſe deſcenſum habet, intus penè innumerabiles vias, multis ambagibus huc & illuc remeantibus: ſed continuo anfranctu, & ſæpe reuocatis porticibus ancipites, quibus ſubinde aliũ ſuper alios orbem agentibus, & ſubinde tãtùm redeunte flexu, quãtũ proceſſerat, magno & in explicabili tamen errore perplexus eſt. Cultores regionum multò aliter à cæteris agunt: mortuos fimo obliti, plãgunt: nec cremare, aut fodere fas putãt: verùm arte medicatos, intra penetralia collocãt. Suis literis peruerſe vtuntur. Lutum inter manus, farinam calcibus ſubigunt. Forum ac nogotia, fœminæ: viri, penſa ac domos curant: onera illæ humeris, hi capitibus accipiunt. Parentes cùm egent, illis neceſſe, his liberum eſt alere. Cibos palàm, & extra ſua tecta capiunt: obſcœna intimis ædium reddunt. Colunt effigies multorum animalium, atque ipſa magis animalia, ſed alij alia, adeò vt quædam eo-

rum etiam per imprudentiam interemiſſe, capitale ſit: & vbi morbo aut ſortè extincta ſint, ſepelire ac lugere ſolenne ſit. Apis populorum omniũ numen eſt: bos niger, certis maculis inſignis, & cauda linguáque diſſimilis aliorũ: raro naſcitur, nec coïtu pecoris (vt aiunt) ſed diuinitus & cæleſti igne conceptus, diéſque quo gignitur, genti maximè feſtus eſt. Ipſi vetuſtiſſimi (vt prædicant) hominum, trecenos & triginta reges ante Amaſin, & ſupra tredecim millium annorum ætates certis annalibus referunt: mandatũque literis ſeruant, dum Ægyptij ſunt, quater curſus ſuos vertiſſe ſydera, ac ſolem bis iam occidiſſe, vnde nunc oritur. Viginti millia vrbium Amaſi regnante habitarunt, & nunc multas habitant. Earum clariſſimę procul à mari, Saïs, Memphis, Syene, Bubaſtis, Elephantis, & Thebæ, vtique (vt Homero dictum eſt) centum portas, ſiue (vt alij aiunt) centũ aulas habẽt: totidem olim principum domos: ſolitaſque ſingulas, vbi negocium exegerat, dena armatorum millia effundere. In littore, Alexandria Africæ contermina. Peluſium Arabiæ ipſas horas ſecat. Canopicum, Bolbiticum, Sebenniticum, Mendeſium, Pathmiticum, Tanicum, Peluſiacum, Nili oſtia.

## *ANNOTATIONES.*
### *In caput. IX.*

Aſiæ prima pars Ægyptus] *AEgyptum alij partem Africæ eſſe exiſtimarunt, alij Aſiæ: quidam mediam Aſiæ fecerunt,*

*cerunt, mediam Africæ propterea quod Nilus per mediam interflueret. Mela* Aſiæ *partem facit, ſequutus* Herodotum *magiſtrum ſuum. Propterea admonendi ſunt lectores, vt cum legerint hoc caput: ſciant totum eſſe Herodoti, perpauca namque ſunt Strabonis. Lego apud probatos autores Aegyptũ eſſe donum Nili propterea quod aquæ ipſæ Nili ſuo fluxu attulerunt tantum limi vt poſtea fieret terra habitabilis, quæ irrigaretur Nilo, Duo ex veteribus geographis peragrarunt AEgyptum,* Herodotus, *& Strabo: ſed Strabo partem Æthiopiæ vidit.* Nilus efficit, Amnium in noſtrum mare permeantium maximus, hic ex deſertis Africæ miſſus] *Hæc fuit opinio Iubæ regis, vt Nilus oriretur ex montibus Mauritaniæ verſus Occidẽtem, quod probat Mela, alij dixerunt Nilum ortum habere in montibus Lunæ, alij in parte illa meridionali, quæ vergit ad Polum antarcticum. Sacra noſtra ſcriptura ait Nilum circumire omnem terram Æthiopiæ, vnde poſſum colligere, Nilum ortum habere in vltima parte Æthiopiæ contraria noſtro hemiſphærio, dicant quicquid volent Iuba & alij, Moyſes multo melius nouerat ortum Nili omnibus iſtis geographis ethnicis, nam ipſe longo tempore fuerat in Ægypto, & deus reuelauerat ei ortum eius, quare malo cum ſacris litteris dicere Nilum oriri ex vltimis partibus Æthiopiæ, quàm cum Iuba ethnico & aliis ex montibus lunæ & ex Mauritania: & hæc de ortu Nili in zona nobis contraria, De fluxu dicendum nobis eſt.* Et cum diu ſimplex ſæuuſque deſcendit] *ſi ſæuus quomodo ſimplex, dicam, ibi ſæuus dicitur magnus, ſimplex, nõ diuiſus,* Circa Meroen latè patentem inſulam] *Meroe inſula Nili vbi primũ Nilus non iam ſimplex ſed diuiſus fluit. Meroe à Cambyſis ſorore, dicta Meroe.* In Æthiopiã diffunditur.] *i. ibi non iam ſimplex & indiuiſus ſed planè in duas partes diuiſus in Æthiopiam diffunditur. Dicit Mela Nilũ diffundi circa Meroeam inſulam, quaſi vero antea non diffuſus eſſet, dixi Melam pro diuidere accepiſſe diffundere, et ita eſt, nam antea vt dixit ſimplex fluebat.* Alteraq; ex parte Aſtaboras: altera Aſtapus dictus eſt] *Aſtaboras in ſiniſtro latere, Aſtapus in dextro, quæ duo latera cingunt inſulam Meroem.* A*ſtaboras dictuus eſt, quaſi ramus aquæ venientis è tenebris. Aſtapus vero aqua latens.* Vbi rurſus

coït ibi nomen accipit.]*nomen.ſ.Nili nam in diuiſione amittit nomen Nili,in coniunctione rurſus recuperat*. Immanē lacum].*i.magnum hoc vocabulo ſæpe vtitur Mela pro ingenti & immenſo.*Et Tachempſo alterā inſulam amplexus] *à Meroe totus continuus Nilus fluit,inde rurſus diuiditur & Tachempſo inſulam complectitur, huius inſulæ partem mediam occupant Aethiopes, partem autem alteram Ægyptij hæc Herodotus.* Vſque ad Elephantidem vrbem Ægyptiam]*Elephātis vrbs & inſula.*Iuxta Cereaſorum oppidum] *Cereaſorum lege ſine ω, ſed tantum cum.o. vt ſit nomen oppidi & non populorum græci dicerēt* κερκάσωρον. Triplex eſſe incipit]*in tres diuiditur partes.*Deinde ſemel iterumque diuiſus].*i. bis diuiſus.* Ad deltam & Metilin it per omnem Ægyptum vacuus atque diſperſus] *Nilus cum ad* Memphim *vrbem fluit, ibi ſe in ſeptem partes diuidit,quæ vocantur oſtia Nili,quæ diuiſio formā habet, Δ.apud græcos ita vt ſit triangulus,cuius baſis ſit in Oſtiis fluuii,& conus apud* Memphin.Septemq; in ora ſe ſcindēs, ſingulis tamen grandis euoluitur]*compertum eſt noſtro ſeculo quod præter tria ora, omnia alia ſunt non magni momenti, Peluſiacum vnum eſt, alterum Canopicum, Tertium* Heracleoticū. *quod æquale faciunt Canopico vicino, in Peluſiaco eſt Peluſium oppidum hodie dictum, Damiata, de quo dicam in fine huius capitis.*Sed Æſtiuo ſydere]*Magna fuit diſputatio de cremento & decremēto Nili apud veteres, vſque adeo vt ridere videatur Strabo tantam operam tantúmque ſudorem in hoc argumento ab illis impenſum fuiſſe.* Herodotus *citat friuolas quaſdam ſententias,quas hic repetit Mela, ſunt, qui in cremento Nili aſtronomicantur, alii confabulantur, Denique omnia incerta relinquuntur.*

## De cremento Nili in media ęſtate.

*Licebit mihi per beneuolos lectores meam ſententiam in re tam perſpicua ac clara dicere quando alij tam liberè & tàm prolixè ſuā ob omnium oculos poſuere, nec velim putent, qui mea legent, opinione mea abſolutam eſſe quæſtionem eſſet hoc hominis planè ridiculi, & qui multum ſibi placeret, tantum in dicabo quid in hoc*

*inſtituto*

*inſtituto geographice dici poſsit.*

*Seculo Ptolemæi qui fuit vltimus geographus tota Aethiopia nondũ erat cognita, tantum illa pars nota erat, quæ eſt ab æquatore vſq; ad Praſſum promontorũ, quæ verſus Meridiẽ ab æqui noctiali diſtat. 20. gradibus. i. Mille ducẽtis milliaribus. Finis autẽ Aethiopiæ verſus Meridiem diſtat ab æquatore 36. gradibus qui diſtributi per milliaria faciunt. 2160. milliaria itaq; diſtãtia æquatoris vſq; ad finem Aethiopiæ verſus Meridiem vbi eſt caput bonæ ſpei exuperabit diſtantiam æquatoris vſque ad Praſum promontorium, 16. gradibus terræ, incognitæ Ptolemæo, in qua oritur Nilus & ibi eſt æſtas, quando nobis eſt hyems, nobis contra euenit nam cum nobis eſt æſtas illis eſt hyems. ſi igitur Nilus creſcat in noſtro ſolſtitio, nemini debet videri mirum, cum in finibus Athiopiæ tunc maxime pluat, nam eſt propinqua Auſtro, quod Pomponius hic dicit ſub ire maria cæco alueo ex alio* Hemiſpherio *Nilum fluere in Aegyptũ hoc dixit ſuo ſeculo quo nondum tota Aethiopia nota erat noſtra hac ætate quando tota eſt nota non opus eſt excogitare illam viam ſubtermarinam nam ſemper fluit inter terras Itaque cum ſol eſt in primo puncto Cancri nobis, in quo eſt ſolſtitiũ in principio alterius* Hemiſpherÿ *pluit vnde augetur Nilus. Neque opus erat tanta tor ſione ingeniorum in re non vſq; adeò obſcura, vt quæ non poſsit cõprehendi. Quare non eſt quod poſt hac tanta ſit opus inquiſitione. De Iuba, quod aiunt illum peragraſſe totam Aethiopiam, neſcio an daturus ſim fidem tanto mendacio, cum fera animalia venenoſa & prodigioſa & malefica infeſtent viatores, quod aiunt illum accepiſſe ab iis qui ibi agunt Nilum creſcere in parte quadam Mauritaniæ hoc venit in dubium,* Creſcit porro] *omnia iſta quæ ſequuntur ſunt* Herodoti *ſed vltima ſententia eſt noſtra.* Alia quoque in his terris mira ſunt] *ab hoc loco vſque ad illud pellitur, ſunt nugumenta impudentiſsima.* Pyramides tricenum pedum lapidibus ſtructæ] *ita lege & non extructæ, quod ſi placet legere extructæ non laboro,* Quatuor ferè ſoli Iugera] *Iugerum complectitur ducentos pedes, quatuor Iugera conſtabunt ex.* 800. *pedibus.*



Pſammetici opus Labyrinthus] *Pſammetichus rex fuit Aegypti, is cœpit conſtruere labyrinthum, ſed nõ ſolus abſoluit, ſed alij duodecim poſtea reges in Mœri campo: nam tunc Mœris non erat lacus.* Anfractu] *flexus ex Varrone.* Arte medicatos] *balſamo, vel aliis aromatis ne putreſcant & corrũpantur*, Suis literis peruerſè vtuntur] *nam ſcribũt, vt hebræi, à dextra ad ſiniſtram* Ante Amaſim] *Armaſis rex fuit Aegypti, ſed ante illũ fuerũt 330. reges, Primus rex fuit Mena, poſt deos reges, Poſt Menã Nitoris regina inde Mœris, poſt hũc Seſoſtris, quem ſequutus eſt Pheron, ab hoc Pherone cæco, Memphis proteus, poſt Proteum regnauit Rham-*



*ſimtus inde Cheops, ab iſto* Chephrenis, *à quo Mycerinus, poſt quem Aſichis. Deinde Anyſis poſt quem Amyrtæus, poſtea* Sethon, *poſtremus fuit Orus poſt Orim, Amaſis , primus poſtea ſequutus eſt Pſamniticus, cui ſucceſsit filius nomine Necus in huius locum ſuffectus eſt Pſammis, huic filius eius Apries, hinc Amaſis felix ille cuius hic fit à Pomponio mentio,* Ab *illo Mena primo rege vſque ad* Am*aſim iſtum trecentos & trigintafuiſſe reges aiunt* A*egyptij, at ego primores & rerum geſtarum gloria per celebres recenſiui.* Tredecim millia annorum] *ex eorum abdita ſupputatione.* Viginti millia vrbium Amaſi regnante habitarunt] *nunquam, dictum aut ſcriptum eſt, nugamentum tam inſolens, quam dicere, aut ſcribere Aegyptum complexam fuiſſe viginti millia vrbium, nam neque Hiſpania neque Gallia minus Germania poſſent commode eſſe capaces tot vrbium , cum vnaquæque illarum regionum ſit triplo aut quadruplo maior Aegypto. horrēda mēdacia Herodoti & infanda nec non indigna tanto viro,* Earum clariſſimę,

Sais Memphis, Syene, Bubaſtis, Elephantis, & Thebæ] *Sais oppidum intra Delta, in cuius templo Minerua colitur, Memphis hodie meſſer in ipſo cono delta verſus Occidentem. Syene, non ſeruat Ordinem Mela nam Syene eſt vltima ciuitas Aegypti verſus Meridiem Bubaſtis Metropolis in delta. Elephãtis iuxta finem Aegypti verſus* Meridiem et *Thebæ verſus.* Meridiem *oppidũ olim ingens & florens.* Solitaſque ſingulas vbi negotium exegerat dena armatorum millia effundere] *De portis loquitur Thebarum, nam Thebis centum erat portæ. ſed illud iam non poſſunt aures audire ſingulas videlicet portas dena armatorum millia potuiſſe effundere, qui enim poteſt fieri, vt decies centena millia hominum armatorũ poſſent ex vna ciuitate egredi tantam enim ſummam complent centies dena millia propterea dixi in prioribus meis annotationibus, locum iſtum eſſe tam apud Herodotum quã apud* Melam *vt oſtendi ex Homero mendoſum,* Ita habet Homerus nono Iliados] οὐδ᾽ ὅς ἐς ὀρχομενὸν,
ποτινίσεται, οὐδ᾽ ὅσα θήβας,
Αἰγυπτίας, ὅθι πλεῖστα δόμοις ἐν κτήματα κεῖται,
Αἵ θ᾽ ἑκατόμπυλοί εἰσι, διηκόσιοι δ᾽ ἀν᾽ ἑκάστην,
Ἀνέρες ἐξοιχνεῦσι σὺν ἵπποισιν καὶ ὄχεσφιν. *res mira quod* Hermo*laus vir doctiſsimus & qui vt ex eius ſcriptis poſſumus intelligere multa legerat, hunc locum prætererit & non viderit* διηκόσιοι *ducentos ſignificare & non denos, age omitto Hermolaum quid dicã de Camerte Vadiano & aliis, qui hunc locum reliquerũt intactum quando quæſo* διηκόσιοι, *dena millia. ſignificauit, neque aliud fuiſſe in cauſa putarim, quam quod maiorem rationem habuerint oſtentationis eruditionis ſuæ quam caſtigationis libri, quam ego maxime præ oculis habeo, legendum igitur eſt, ducenos armatos milites effundere.* Alexandria] *nota eſt metropolis iam totius Aegypti emporium maximum mercatorum nomen retinet.* Peluſium] *nomẽ oſtii & oppidi nunc dicti Damiata.*

## APPENDIX.

*Olim vniuerſa Aegyptus floruit ſub variis regibus diuerſorum nominum vſque ad Ptolemæos iam vere ethnicos nam Pharaones admodum pauci fuere. Ptolemæi longo tempore durarunt, vſque*

*ad*

*ad Romanorum imperium, Inde perfracto romano imperióres ægyptia peruenit ad Agarenos Arabiæ felicis, quorum princeps vocatus fuit Sultanus, & alij ſequentes quoque vocati ſunt Sultani, mahumetani omnes, regnarunt multis annis donec à Turcis expugnati fuerunt: poßidet iam totam Aegyptum Solymanus Turca, relicto ibi gubernatore, qui Baxa Aegypti vocatur, Solebant quondam cum Sultani regnabant & Rhodus floreret ex aquis Sextiis vulgo aygues mortes quotannis bis ad Alexãdriam nauigare mercatores: multi Lugdunenſes, Auinionenſes, & ſæpe eueniebat, vt naui magna Rhodiana veherentur, ex hac nauigatione magnam ſibi comparabant mercatores copiam aromatum & aliarum rerum, quas in Prouinciam exportabãt, magno incremẽto Galliarum. Veneti hãc nauigationem ſibi vſurparunt, in qua non magnum fecerunt quæſtum, propter nauigationem, Portugalenſium. Peluſiacum oſtium habet prope Damiatam ductam olim Peluſium oppidum ſatis celebre, Gaguinus ait Damiatam oppidum vocatum fuiſſe olim Heliopolin, quod planè figmentum eſt, hoc oppidum expugnatum fuit à rege diuo Ludouico in expeditione Hieroſolymitana. Verum cum in deſcriptione Aegypti meminerit Mela Memphis & aliarum celebrium ciuitatum miror quod non fecerit mentionem Babyloniæ Ægypti, nunc Cayrum eſt ciuitas nõ tam magna quam fertur eſſe valet tamen populo, & ab exteris valde frequentata, quod autem videatur magna faciunt latißima ſuburbia in quibus domus ſunt inuicem ſeparatæ ab hac ciuitate vocantur Sultani ſultani Babyloniæ, neq; eſt illa Babylonia Chaldeorũ quam erexit Semiramis.*

## Arabia. Cap. X.

ARabia hinc ad Rubrum mare pertinet, ſed illic magis læta & ditior, thure atque odoribus abũdat: hîc, niſi quà Caſio mõte attollitur, plana, & ſterilis. portum admittit Azotum, ſuarum mercium emporium: quà in altũ abit, adeò ædita, vt ex ſummo vertice à quarta vigilia ortum ſolis oſtendat.

## *ANNOTATIONES In Caput X.*

Arabia hinc ad Rubrum mare pertinet] *hinc.i.à Peluſio oſtio, lectio iſta dubia mihi videtur, nā ſi Mela loquatur de vniuerſa Arabia, clarum atque apertum eſt Arabiā deſertam non pertinere ad mare rubrum, ſed potius ad Iordanem intuere chartam & deſcriptionem, Petræa Arabia & felix haud dubie pertinēt ad mare rubrum: Quare hic tantum loquitur de duabus Arabiis vt ita loquamur.* Sed illic magis læta & ditior] *Sed illic.i. ad mare rubrum eſt felix & vocatur Arabia felix,* Hic vero] *.i. in Arabia Petræa plana & ſterilis.* Portum admittit Azotum] *in primis Azotum vel Azotus neque Arabiæ Petrææ eſt, neque felicis, nam eſt oppidum Idumeæ: Quid ergo ſibi vult* Mela, *cum dicit portum admittit Azotum, exiſtimo Melā voluiſſe, dicere propinquiorem portum Arabiæ* Petreæ *eſſe Azotum,* à quarta vigilia] *.i. hora ſecunda à media nocte.*

### Corollarium.

*Sed quia hic tantum de littoralibus & maritimis regionibus loquitur, dicam nonnulla de Arabia Petræa cuius in hoc loco facit mentionē Mela, nā de felici idē Mela meminit in tertio. Hæc Arabia* Petræa *Nabathea regio antea dicta magna regio eſt & montuoſa & arenoſa nihil illuſtre habens, quam quod filij Iſrael quadraginta annis ibi manſerunt, tantum eſt vnum celebre oppidum* Petra, *vnde petræa: ibi eſt mons Sina, mons Seir, Abarim mons,* Hermon *mons. populi Moabitæ, Ammonitæ, Aedomitæ, fluuij non ſunt, præter vnum Torrentem nomine zared, & iuxta terrā promiſsionis* Arnon *fluuius, multæ ſunt & variæ gentes veluti* A*morrhæi, ſolitudines pleraque, vt ſunt* Matthanæ *ſolitudo, Cademoth ſolitudo, & aliæ: reliqua dicentur in deſcriptione Syriæ.*

## Syria. Cap. XI.

SYria latè littora tenet,terráſque etiam latius introrſus, aliis aliíſque nũcupata nominibus. Nam & Cœle dicitur,& Meſopotamia,& Damaſcene,& Adiabene,& Babylonia,& Iudæa,& Sophene.Hinc Paleſtina eſt,quà tangit Arabas cum Phœnice:& vbi ſe Ciliciæ cõmittit,Antiochia olim ac diu potens:ſed cùm eã regno Semiramis tenuit, longe potentiſſima. Ex operibus certe eius inſignia multa ſunt:duo maximè excellunt,conſtituta vrbs miræ magnitudinis Babylon, ac ſiccis olim regionibus Euphrates & Tigris immiſſi. Cęterum in Paleſtina eſt ingens & munita admodum Gaza(ſic Perſæ ærariũ vocant)& inde nomen eſt,quod cum Cambyſes armis Ægyptum peteret,huc belli & opes, & pecuniam intulerat. Eſt non minor Aſcalon. Eſt Ioppe ante diluuium (vt ferunt)condita, vbi Cephea regnaſſe eo ſigno accolæ affirmant, quòd titulum eius fratríſque Phinei, veteres quędam aræ cum religione plurima retinent:quinetiam rei celebratæ carminibus ac fabulis, ſeruatæque à perſeo Andromadę clarum veſtigium, bellue marinę oſſa immannia oſtentant.

### *ANNOTATIONES* *In caput. XI.*

Syria late littora tenet] *Syria olim Aſiria fuit & ex ſententia* Pomponij *protendebatur vſque ad Tigrin, quod conſtat ex*

*eo quod arbitratus eſt Sophenem, & Adiabenem regiones vltra Tigrim eſſe Syriæ, Claudius* Ptolemæus *anguſtiorem fac.t Syriam & alij omnes geographi, quare veriſimile eſt habuiſſe hæc Melam ex aliquo vetuſto autore, quem voluit imitari & recte quidē propterea dixit , Syria late littora tenet. i. Syria à lacu illo Serbonico vel Serboni de vſque ad Amanum montem obtinet regionem maritimam latam,* terrasq́ue etiam latius introrſus]*. i. vt Syria habet totam regionem maritimam latam, ita & mediterraneā,* aliis aliiſque nuncupata nominibus] *habet inquit varias regiones variis etiam nuncupatas nominibus.* Nam & Cœle dicitur, & Meſopotamia, & Damaſcene, & Adiabene, & Babylonia, & Iudæa, & Sophene] *Nam & Cœlo Syria dicitur. i. caua Syria, & Meſopotamia adde Syriæ. & Damaſcenæ Syriæ, & Adiabene Syriæ & Babylonia Syriæ, & Iudæa Syriæ, & Sophene Syriæ iſta nomina varia habet ex prædictis regionibus, non ex ciuitatibus, nam præfata nomina ſunt regionū.* Hinc paleſtina eſt, qua tangit Arabas cū Phœnice] *dixit de regionibus mediterraneis quas complectitur Syria, nunc redit ad maritimas, & ait, hinc* Paleſtina *eſt. i. ex his mediterraneis ſequitur maritima Paleſtina qua tangit* Arabas *cum* Phœnice. *i. inter Arabas & Phœniciam,* Et vbi ſe Ciliciæ committit Antiochia] A*ntiochia hic intelligitur regio nam antea ſemper loquutus eſt de regionibus, & nunc de regione* Antiochena. Olim ac diui potens] *in illa dictione Antiochia debet eſſe periodos & addi punctus periodus. tunc poſtea de eadem Syria ſequātur illa verba olim ac diu potens. i. Syria ipſa olim ac diu potens , nec debent referri ad Antiochiā ſed ad Syriam.* Sed cum eam regno Semiramis tenuit potentiſsima]*. i. cum hoc regnum Syriæ Semiramis tenuit potentiſsima fuit Syria,* Ex operibus certe eius inſignia multa ſunt, duo maxime excellunt] *ſunt qui volūt illud eius referri ad Syriā, vt ita legamus, ex operibus certe eius videlicet Syriæ & non Semiramidis, mihi locus eſt ambiguus, interim tamen citra iniuriam doctorum virorū et inuidorū dicam mihi arridere hāc ſententiam, quòd facile colligo ex antedictis.* Mela *enim poſt illa verba longe potentiſsima loquitur de Syria, nam ſtatim ſequuntur verba, ex operibus*

certe

*certe eius.ſ.Syriæ potentiſsimæ.* Gaza] *nomen Theſauri & oppidi in Idumæa,* Aſcalon & Ioppe] *duo hæc oppida ſunt in Idumæa.*

Acceſsio.

*Tota hæc Syria hodie dicta eſt Suria, preſertim illa mediterranea cuius meminimus, regiones habet introrſus. i.in mediterraneis. Cœle Syriã.i. caua Syria inter libanum & antelibanum montes, & tota illa regio, quæ eſt inter illos duos montes vocatur Damaſcena, à Damaſco opulentiſsima hodie vrbe, hanc vrbem frequentant chriſtiani mercatores præcipuè ligures & florentini, in hac regione fuit creatus Adam ex limo terræ. Hæc ciuitas habitatur à variis ſectis mahumetanis nõ aliter quam Europa quæ à variis ſectis chriſtianis incolitur. Sunt enim græci chriſtiani aliter quam nos viuentes, ſunt apud preſtum Ioannem in Aethiopia ſub* Aegypto *chriſtiani alij, aliam vitæ ſuæ chriſtianæ rationem habentes. Damaſci vero ſunt* Mahumetani *à cingulo vſq; ad pedes, alii à cingulo vſq; ad caput et aliæ multæ hominũ varietates. Meſopotamia regio eſt illa, quæ inter duos maximos fluuios ſita eſt Euphratem & Tigrin, inde dicta meſopotamia à* ποτάμος *quod latinis dicitur fluuius, et meſos media.i.media inter duos fluuios, metropolis huius regionis fuit Babylon dicam poſtea,* Adiabene *eſt ad Tigrin fluuium, viuunt* Adiabenæi *vtcumque chriſtiani habent vnum præcipuum pontificem, quem vocant Catholicam. &* Babylonia *intellige regionem refert dicere* Babylon *aut Babyloniam, nam Babylon eſt ciuitas, Babylonia vero eſt regio, in ea regione eſt* Babylon *condita à Semiramide, quam interfluit Euphrates fluuius, nunc ciuitas dicitur Baldac. Iudæa nota eſt in* Paleſtina, *interea velim lectores meorum ſudorum admonere, vt quando audiuerint aut legerint aliquid de Iudæa ſciant veteres omnes vocaſſe totam paleſtinam Iudæam, nam omnes erant Iudæi, poſtea tota* Paleſtina *diuiſa eſt in ſex regiones, duas galileas, Idumeam, Iudæam, Samariam, & regionem Trans Iordanem omnes has terras poſsidet Solymanus Turca. Sophene regio eſt vltra Tigrin fluuium verſus Orientem, in hac regione ſunt ſuo more chriſtiani & habent ſuum catholicam vt dixi pontificẽ ſummũ. Paleſtina antea dicta fuit* Philiſtina, *à populis Philiſteis,*

*& tantum olim Idumæa dicebatur philiſtina propter quinque illas ciuitates, Gazam, Accaron, Azotum, Geth. & Aſcalon: ſed poſtea libuit maioribus noſtris omnes illas quinque regiones quæ ſunt inter Arabiam et Phœniciam, vocare paleſtinam: quo argumento tamen id fecerint neſcio, vtcumque ſit, iſtæ ſex regiones datæ & diſtributæ ſunt tribubus filiorum Iſrael, quemadmodum dicam regionem hanc vniuerſam ſolebat Sultanus poßidere, nunc vero Solymanus Turca, & præter Ioppen nihil eſt in ea, quod ad oppida attinet celebre, eſt enim Ioppe, nunc Iaffa portus peregrinorum chriſtianorum ad. S. Sepulchrum domini euntiũ, oppidulum diceres paruis domunculis more turcarum habitatum. Ramatha nihil iam eſt, niſi tantum pagus viliſsimus: in ſumma omnia illa oppida artificioſiſsime ædificata in Paleſtina magnis ac aſsiduis bellis paſſa ſunt ruinam, & bona eorum pars funditus deleta & redacta ad ſummam miſeriam, omnia in ea quæ viſu digna erant ſunt vel lapidibus vel aquis vel terra obruta, imo in Hieroſolyma vix vnũ aut alterum eſt veſtigium antiquitatis & illius Hieroſolymæ triumphantis, pars quædam viſitur templi, &c. vt aiunt, locus ſepulchri ſunt: rerum vices non poſſunt omnia eſſe perpetua, præcipue illa quæ de Hieroſolyma Chriſtus prædixerat ipſe agens inter nos, & factus homo, & ante quam fieret homo per os prophetarum. Dicam alia multa poſtea in declaratione chartæ terræ Sanctæ. Quod ad Phœniciam attinet, duo illa oppida Tyrus & Sydõ paſſa quoque ſunt ruinam, dicam ſequenti capite.*

## Phœnicia. Caput. XII.

PHœnicen illuſtrauere Phœnices, ſolers hominũ genus, & ad belli pacíſque munia eximium. Literas, & literarum operas aliáſque etiam artes, maria nauibus adire, claſſe confligere, imperitare gẽtibus, regnum prẹliúmque commenti. In ea eſt Tyros, aliquando inſula, nunc annexa terris: defecit, quando ab impugnante

gnante quondam Alexandro iacta ſunt opera. Vici tenent vlteriora, & adhuc opulenta Sidon antequàm à Perſis caperetur, maritimarum vrbium maxima. Ab ea ad promontorium Euproſopon duo ſunt oppida, Byblos & Botrys: vltrà tria fuerunt, ſingulis inter ſe ſtadiis diſtãtia, locus ex numero Tripolis dicitur: tum Simyra caſtellum, & vrbs non obſcura marathos. Inde iam non obliqua pelago, ſed aduerſa adiacens, à terra grandem ſinum inflexo tractu littoris accipit. Populi dites circunſident, ſitus efficit: quia regio fertilis, crebris & nauigabilibus alueis fluminum peruia, diuerſas opes maris atque terrarum facili commercio permutat ac miſcet. In eo prima eſt reliqua pars Syriæ, cui Antiochiæ cognomen additur: & in ora eius vrbes, Seleucia, Paltos, Beritos, Laodicea, Arados amnéſq; inter eas eunt Lycos, & Hypatos & Orontes: tum mons Amanus, & ab eo ſtatim Myriandros, & Cilices.

### *ANNOTATIONES.*
### *In caput. XII.*

Phœniciam illuſtrauere Phœnices] *Mela volait agere de Phœnicia ſeorſim, cum tamen ſit pars Syriæ, neque aliter deſcribit eam niſi eo ipſo quod eſt Syriæ particula.* Solers hominum genus] *Solertes dicuntur homines artium plurimarum inuentores, vt erant Phœnices qui tam pace quàm bello artificioſiſſimi erant.* In ea eſt Tyros aliquando inſula nunc annexa terris, defecit] *ego ita puto legendũ eſſe aliquando inſula, nunc annexa terris. Defecit quando ab impugnante quondam Alexandro iacta*

*ſunt opera. & eſt lectio perſpicacior, noſtro ſeculo dicitur Sur.* Opulenta Sidon] *Sidon olim opulenta maritima quidem & apta nauium ſtationibus.* Ab ea ad promontorium εὐπρόσωπον.] *ab ea. ſ. Sidone ad promontorium εὐπρόσωπον. i. belli aſpectus.* Byblos & Botrys] *Byblos Saites vulgo.* Tripolis] *vulgo Tripol en Suria. Sunt, qui velint Tyrum & Sidona & Aradum eſſe tres illas ciuitates, cuius ſententiæ eſt Plinius.* Symira caſtellum] *Caſtellum quidem ſed etiam oppidum.* Marathos] *hodie Margath,* In eo prima eſt reliqua pars Syriæ, cui Anthiochiæ cognomen additur]. *i. Syriæ Antiochenæ, hinc licet aperte Scire in illo capite Syriæ in principio Antiochiam ſumi non pro vrbe, ſed pro regione.* Seleucia, Paltos, *hodie Gibel,* Berytos, laodicea, Arados] *Seleucia dicta vulgo* Soldi, *Berytos hodie Barutus, & eſt portus Damaſi, Laodicea nunc Liche.* Myriandros] *intellige oppidum,* Orontes fluuius] *nunc Tarſaro.*

## Auctarium.

*Vniuerſa hæc regio maritima, & alia Mediterranæa ſunt Solymani Turcæ, cuius nomine quemadmodum in Ægypto eſt gubernator nomine linguæ ſuæ Baxan & vocatur hodie el Baxan de la Suria, Syria maritima eſt ſua natura fertiliſſima, præcipue ea, quæ vergit ad Amanum montem, vbi eſt Antiochia ſedes prima Petri Apoſtoli, ciuitas ob fluuiorum amœnitatem & Abundantiam fæcunda quanquàm Paleſtina, valet omnibus diuitiis & fructibus palmetis, et oleo, & aliis ad hominis victum neceſſariis, Turcæ vaſtarunt illam regionem quando intulere bellum aduerſus* Sultanum *AEgypti, qui habitant Damaſi pendent ſinguli vnum ducatum aureum Turcæ, Itaque ſi fuerint ſex in vna domo ſex ducatos dabunt ſingulis annis, Iaffa. Ioppe olim, ditiſſima eſt ob magnum numerum peregrinorum illuc venientium, habent ibi Turcæ ſuos aſinos ad ducendos Chriſtianos in Hieroſolymam & reducendos ex Hieroſolyma in portum Ioppenſem, Antiochia ad Amanum montem hodie ditiſſima eſt ob interfluentes & præterfluentes fluuios, Meſopotamij & Armenij necnon & Babylonij illuc veniunt vendendis mercibus, quas illuc important in mediterraneo*

eſt

*eſt oppidum ditiſſimum Alepe dictum Iudæis plenum, pendens etiam tributum Turcæ, Baruth oppidum eſt & portus Damaſci ſatis opulentum ob merces exportatas ex occidente in Damaſcum, Paleſtina omnis, diſtributa eſt duodecim tribubus Iſrael, ex inſtitutione Dei, diſtributio in tribus facta & completa eſt quando filij Iſrael appulerunt ad terram promiſſionis, dicam poſtea fuſiſſime, Regio tranſiordanem non vſque adeo felix eſt ob vicinitatem Arabiæ deſertæ. De Alepe oppido ditiſſimo non memineram dicere, quæ de hoc oppido narrauit mihi quidam probus vir portugalenſis Antonius de Lorono olim Iudæus nunc Chriſtianus Londini in Anglia, is ex Portugallia profectus fuerat in calicut, poſtea abſolutis negociis ſuis, quoniam Callebat linguam perſicam, miſſus fuit vnà cum legato regis Portugalliæ in Perſiam ad regem Perſarum, is cum non vellet iterum redire in Portugalliã per mare, accepta publica fide à Sophu rege perſarum, penetrauit totam Perſiam Chaldeam, Meſopotamiam & Arabiam deſertam vſque ad Alep. vbi inuenit quàmplurimos Iudæos, quos rogauit, qui fieret quod illud oppidum eſſet tam diues reſponderunt tantam eſſe copiam aromatum ex Perſia in illud oppidum importatam vt totum oppidum eſſet ditiſſimum, nam tota Syria maritima in Alepem conueniebat.*

## Cilicia. Caput. XIII.

AT in receſſu intimo locus eſt magni aliquando diſcriminis fuſorum ab Alexandro Perſarum, fugientíſque Darij ſpectator ac teſtis: nunc ne minima quidem, tunc ingẽti vrbe celebris: Iſſos fuit, & hac re ſinus Iſſicus dicitur. Procul inde Amanoides promõtorium, inter Pyramum Cydnúmq; fluuios iacet. Pyramus Iſſo prior, Mallon præterfluit. Cydnus vltrà Tarſum exit. Deinde vrbs eſt, olim à Rhodiis, Argi-

uíſque, pòſt Piratis, Pompeio aſſignante, poſſeſſa, nunc Pompeiopolis, tunc Soloë. Iuxta in paruo tumulo Arati poëtæ monumentũ, ideo referendum, quia ignotum, quam ob cauſam iacta in id ſaxa diſſiliunt. Non longè hinc Corycos oppidũ, portu, ſalóque incingitur, anguſto tergore continenti adnexum. Suprà, ſpecus eſt, nomine Corycius, ſingulari ingenio, ac ſupra quàm vt deſcribi facilè poſſit, eximius. Grandi nanq; hiatu patens, montem littori appoſitum, & decem ſtadiorum cliuo ſatis arduum, ex ſummo ſtatim vertice aperit. Tunc altè demiſſus, & quantũ demittitur amplior, viret lucis pubentibus vndique, & totum ſe nemoroſo laterum orbe complectitur: adeò mirificus ac pulcher, vt mentes accedentium primo aſpectu conſternat: vbi contemplati durauere, nõ ſatiet. Vnus in eum deſcenſus eſt, auguſtus, aſper, quingentorum & mille paſſuum, per amœnas vmbras, & opaca ſyluæ quiddam agreſte reſonantis, riuis hinc atque illinc fluitantibus. Vbi ad ima peruentum eſt, rurſus ſpecus alter reperitur, ob alia dicendus. Terret ingrediẽtes ſonitu cymbalorum, diuinitus & magno fragore crepitantium. Deinde aliquandiu perſpicuus, mox & quo magis ſubitur obſcurior, ducit auſos penitius, altéque quaſi cuniculo admittit. Ibi ingens amnis ingenti fronte ſe extollens, tantummodò ſe oſtẽdit: & vbi magnum impetum breui alueo traxit, iterum demerſus abſconditur. Intrà ſpatium eſt

magis

magis quàm vt progredi quiſpiam auſit, horribile, & ideo incognitum. Totus autem auguſtus, & verè ſacer, habitariq; à diis & dignus & creditus. Nihil non venerabile, & quaſi cum aliquo numine ſe oſtentat. Alius vltrà eſt, quem Typhoneũ vocant, ore anguſto, & multùm (vt experti tradidere) preſſus, & ob id aſſidua nocte ſuffuſus, neq; vnquam perſpici facilis: ſed quia aliquando cubile Typhonis fuit, & quia nunc dimiſſa in ſe confeſtim exanimat, natura fabuláque memorãdus. Duo deinde promontoria ſunt, Sarpedon, finis aliquando regni Sarpedonis, & quod Ciliciam à Pamphilia diſtinguit, Anemurium: interque ea Celendris, & Natidos Samiorum coloniæ: ſed Celendris Sarpedoni propior.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput. XIII.*

At in receſſu intimo locus eſt] *in ſinu iſsico, locus: ille eſt pars montis Amani ex qua Alexander proſpiciebat Dariũ fugiẽtem.* Nunc ne minima quidem, tunc ingenti vrbe iſſos fuit] *lege nunc vero, fuit Iſſos deleta: ſed miror, quod hic non meminerit huius nominis Ciliciæ, nam Geographi & illi peritiſsimi aiunt dictam fuiſſe Ciliciam à Cilice Phœnice Agenoris filio, dicta fuit olim Hypachia,* Amanoides] *portæ ſunt Amani montis vbi finitur Amanus mons & ibi quoque eſt promontorium.* Pyramus Iſſo prior Mallon præterfluit] *lege propior, Mallon nunc Malo.* Tarſus] *nunc Tarſo. patria educationis Pauli apoſtoli: ſed non eius natiuitatis, nam natus eſt in Iudæa in oppido Giſcali.* Lucis pubentibus] *.i. virentibus.* Contemplati durauere] *.i. depoſuerunt metum & illam conſternationem quam*

*primo contrahunt aſpectu.* Penitus] *ita legebatur in meis primis lectionibus interim auditoribus excipiẽtibus ex me annotatiũculas viſum eſt mutare locum & pro penitus, penitius reponere.* Quem Typhoneum vocãt] *lege Tryphoneum, vt dicã poſtea.* Cubile Tryphonis fuit] *ita legendum, is Tryphon nomine proprio Diodorus vocabatur cognomẽto Tryphon.* Dignus & creditus] *vide an melius legeretur dictus ac creditus,* Anemurium & Sarpedon] *duo ſunt promontoria, quæ complectuntur partem illam Ciliciæ vocatam Tracheam. i. aſperam. Anemurium promontorium eſt, quod Ciliciam à Pamphylia diſtinguit.*

## Corollarium.

*Cilicia olim diuidebatur in Ciliciam aſperam, quæ eſt inter duo promontoria Sarpedona et Anemuriũ, & Campeſtrem, quæ eſt à Sarpedone vſque ad Amanum mõtem. Hæc regio fuit olim latiſſima nam protendebatur vſque ad Peluſium Nili Oſtium, cuius ditionis, poſteaquàm Turca occupauit, habuit rationẽ maximam, nam Baſſanum præpoſuit inſignem toti Ciliciæ & Syriæ, non eſt regio vſqueadeo fertilis, plus enim habet iocunditatis quàm fertilitatis, ob egregios fluuios. In hac regione præter Tarſum, non eſt quod ſit admiratione dignum, Cæterum oppida iſtius regionis ob propinquitatem exercent mercaturam cum Cypriis vicinis, nam non eſt illis aliunde prouentus, duo ſunt oppida in Cypro, quæ magno ſunt adiumento Cylicibus Salamina, & Nicoſia, hæc duo certant cum ciuitatibus Syriæ, habitantes hodie vocantur Cyprioti.*

## Pamphilia. Caput 14.

IN Pamphilia eſt Melas nauigabilis fluuius, oppidum Syda, & alter fluuius Eurymedon. Magna apud eum Cymonis Atheniẽſium ducis aduerſus Phœnicas & Perſas naualis pugna, atque victoria fuit. Mare quo pugna-

gnatum eſt, ex edito admodum colle proſpectat Aſpendos, quam argiui condiderant, poſſedere finitimi. Deinde alij duo validiſſimi fluuij, Oeſtros, & Cataractes. Oeſtros nauigari facilis: hic quia ſe pręcipitat, ita dictus. Inter eos Perga eſt oppidum, & Dianæ, quam ab oppido Pergeam vocant, templum. Trans eoſdem mons Sardemiſos, & Phaſelis à Mopſo condita, finis Pamphilię.

### *ANNOTATIONES In caput. XIIII.*

*Pamphilia, ab arborum copia dictam eſſe ſunt, qui ſcribant, Moſopia fuit antea Alij aiunt eſſe partem Aſiæ minoris.* Melas Nauigabilis] *ortus in parte Tauri mōtis.* Oppidum Sida] *olim opulentiſſimum.* Oeſtros & Cataractes] *œſtros nauigabilis oritur in Tauro & Cataractes eodem modo,* Perga oppidum] *oppidum fuit celebre Perga.*

### APPENDIX.

*Hæc regio vna cum tota Aſia minore vt nōnullis placet Anatolia vocatur ſiue Turchia, Anatolia dicta.i. Orientalis regio fertiliſſima & feraciſſima, oppidum habet Attaliam hodie Sataliam in quam deſcendunt interdum Hieroſolymam nauigantes, maxima ſunt Cypriis negocia cum ciuibus Sataliæ, Gubernat & moderatur hanc regionem Baſſanus dictus Anatoliæ ſub Solymano Turca.*

### Lycia. Caput. 15.

LIcia continuo cognominata à Lyco rege Pandionis filio, atque (vt ferunt) infeſtata olim Chimæræ ignibus. Sydæ portus, & Tauri promontorio grandem ſinum claudit. Tau

rus ipſe ab Eois littoribus exurgens, vaſtè ſatis attollitur: deinde dextro latere ad ſeptentrionem, ſiniſtro ad meridiem verſus, it in occidentem rectus & perpetuo iugo, magnarúmque gentium, quà dorſum agit terminus. Vbi terras dirimit, exit in pelagus. Idem autem & Totus, vt dictus eſt, dicitur etiam, quà ſpectat Oriẽtem: deinde Hæmodes & Cauſaſus, & Paropamiſus. tum Caſpiæ pylę, Niphates, & armeniæ pylæ, & vbi iam noſtra maria contingit, Taurus iterũ. Poſt eius promontorium flumen eſt Lymira, & eodem nomine ciuitas: atque vt multa oppida, ſic præter Pataram nõ illuſtria. Illam nobilem facit delubrum Apollinis quondam opibus, & oraculi fide, Delphico ſimile Vltrà, Xanthus flumen, & Xanthos oppidum, mons Cragus, & quæ Lyciã finit, vrbs Telmiſos.

## *NNOTATIONES*
### *In Caput XV.*

Lycia continuo cognominata à lyco rege Pandionis filio] *vbi eſt continuo debet eſſe colum, quaſi diceret lycia ſequitur ſtatim quod ſit Lycia nuncupata à lyco Pandionis filio ait Strabo hoc eſſe aduerſus Homerum,* Infeſtata olim chimerę ignibus] *chimeram montem igneum ridet Strabo, quamquã non neget montem ibi eſſe hoc nomine appellatum, ſed negat illum euomere ignem,* Taurus ipſe ab Eois littoribus exurgens]. *i. Orientalibus, ortũ enim habet in Orientẽ.* Vaſte ſatis attollitur]. *i. altis verticibus.* It in Occidentem rectus perpetuo Iugo]. *i. ſolido & continuo.* Magnarúmque gentiũ, quà dorſum agit, terminus] *Sericæ regionis,* G*ymnoſophiſtarum, Caſpiæ, Sachæ.* B*actrianorum, Sogdianorum, Ariæ, Drangianæ, Gedroſiæ,* A*rachoſiæ,*

*ſiæ,Margianæ,*Hircaniæ,*Partiæ,Mediæ,Meſopotamiæ* , *Armeniæ maioris & minoris,Ciliciæ,Pamphyliæ,& Liciæ, vbi exit in pelagus.*Idem autem & totus,vt dictus eſt,dicitur etiam, qua ſpectat Orientem] *lege idem autẽ &* T*aurus,deinde Hæmodes vbi incipit Ramentum Imai montis.Caucaſus,propè Albaniam & Iberiam,inter hyrcanum mare & pontum Euxinum,paropamiſus è regione* Ba*ctrianæ & Ariæ,* C*aſpiæ , Pylæ ad mare* C*aſpium,Niphates ad mediam* P*arthiam & Hyrcaniam,*A*rmeniæ pylæ ad Armeniam maiorem,& vbi iam noſtra maria attingit,in lycia.poſt eius promontoriũ eius.i.Tauri,nã in Lycia vbi exit in mare Taurus ſicut in prĩcipio vocatur.* Patara] *nomen retinet.*

Λῆμμα *ſiue aſſumptio.*

*A Patera vſque ad Phrigiam aiunt nunnulli eſſe* A*ſiam minorem,hæc Lyciæ regio paret Solimano,olim viuebant Lycij & Pãphilici latrociniis erant enim pyratæ Lyciis euntibus in Pamphyliam,vt ſcinderent ligna conficiendorum nauigiorum gratia poſſet quidem noſtro tempore eſſe diuites nam hæc regio portuoſiſsima eſt, poſſent facile nauigare totum mare noſtrum,hodie hæc regio dicitur Briguia.*

## Caria. Caput. XVI.

CAria ſequitur habitator incertæ originis Alij indigenas,ſunt qui Pelaſgos , quidã Cretas exiſtimant. gens vſque eò quondam armorum pugnæque amans, vt aliena etiam bella mercede agerent. Hîc caſtella aliquot ſunt: deinde promontoria duo, Pedalium & Crya : & ſecundum calbin amnem caunus oppidum,valetudine habitantium infame.Inde ad Halicarnaſſon hæc adiacent : Rhodiorum aliquot coloniæ:

portus duo, Gelos, & cui ex vrbe quam amplectitur Thiſſamiſſa cognomen eſt. Inter eos oppidũ Larumna, & Pandion collis in mare emiſſus: tum tres ex ordine ſinus, Thimnias, Schenus, Bubeſſus Thimniæ promontorium Aphrodiſiũ eſt: Schen⁹ ambit Hilam: Bubeſſus cinotum: Gnidus in cornu peninſulæ: intérque eã & Ceramicum ſinum in receſſu poſita Euthane. Halicarnaſſos Argiuorum colonia eſt: & cur memoranda ſit, præter cõditores, Mauſoleum efficit, regis Mauſoli monumentum, vnum de miraculis, ſeptem, Artemiſię opus Trans Halicarnaſſon illa ſunt, littus, Leuca: vrbes, Mindus, Aryanda, Neapolis: ſinus, Iaſius, & Baſilicus. In Iaſio eſt Bargilos.

## *ANNOTATIONES.*
### *In Caput XVI.*

Caria Sequitur habitator incertæ originis] *Sunt qui dicant eos fuiſſe Cretenſes & vti propriis legibus, quod mihi non ſit veriſimile, ego non dubitarem dicere eos fuiſſe Rhodios,* Calbin] *fluuius eſt, Oriens in ramento quodam Cragi montis,* Caunus oppidum] *vulgo Magri iuxta Calbin, Caunij iſti à cretenſibus habuerunt originem,* Valetudine habitantium infame] *regio illa eſt felix valet pometis & multitudine pomorum neque abeſt à vero regionem illam valetudinariam eſſe nam habitantes ſunt colore viridi, de illis dixit ſtratonicus Citharœdus, quod Homerus,* (Homerus Iliad. ζ.) *Tale quidem genus eſt hominum, quale eſt foliorum. Cum vero illũ Caunij incuſarent, quod vrbem vt morbidam carperet, reſpondiſſe eum aiunt, Ego eam morbidã dicere auſim, vbi mortui ambulant.* Inde ad Halicarnaſſon hæc adiacent] *Halicarnaſſus eſt oppidum in ſinu Iſthmi dorici ſitum.*

Additio.

*Cariam cum Doride miſcent & confundunt plerique, imo Cariam cum parte Ioniæ, neſcio tamen qua ratione; vſque ad ſinum Iaſium Cariam protendi volunt, qui ſcribunt, Cariā non eſſe Aſiæ minoris in Caria præclariſſimæ ciuitates ſunt Halicarnaſſus, Gnidus & Aphrodiſium, hæc regio duo reſpicit maria Occidentale, & Meridionale, In fine vergit ad Septentrionē, Inſignes ibi ſunt ſinus & Portus admirandæ ſtationis, & quia reſpicit duo illa maria vicina variis & multis inſulis, præcipue Rhodo ad mercaturā aptiſſima, quamquam olim fuerit inter Rhodios et carios bellum atrox, imo hodie Rhodij ſunt infeſti Caribus, & enim quādo Rhodos erat Chriſtianorum ſemper Rhodij infeſtabant Cares, & contra: ſed iam Solymanus qui eſt dominus, compoſuit omnia, Gnidus hodie dicitur cabo de Chio.*

## Ionia. Cap. 17.

POſt Baſilicum Ionia aliquot ſe ambagibus ſinuat: & primum à poſſideo promōtorio inflexum inchoans, cingit oraculū Apollinis, dictum olim Branchidæ, nunc Didymi. Miletum vrbem quondam Ioniæ totius, belli pacíſque artibus principem, patriam Thaletis aſtrologi, & Timothei muſici, & Anaximandri phyſici, aliorūque ciuium inclytis ingeniis, meritò inclytam, vtcunq; Ioniam vocāt: vrbem Hyppin, amnis meandri exitum, Latmum montem, Endymionis à Luna (vt ferūt) adamati fabula nobilem. Deinde rurſus inflexa, cingit vrbem Prienem, & Geſſi fluminis oſtium: moxque vt maiore circuitu, ita plura complectitur. Ibi eſt Panioniū

ſacra regio,& ob id eo nomine appellata, quòd eam communiter Iones colunt. Iibi à fugitiuis, vt aiunt, condita (nomen famæ annuit) Phygela. Ibi Epheſus, & Dianæ clariſſimum templum, quod Amazones Aſia potitę conſecraſſe traduntur. Ibi Cayſtros amnis ibi Lebedos, Claríque Apollinis fanũ, quod Manto Tireſiæ filia, fugiens victores Thebanorum Epigonos, & Colophon, quam Mopſus eiuſdem Mantus filius ſtatuit, ad promontorium quo ſinus clauditur, quod altera parte alium, quem Smyrnæum vocant, efficit, anguſtisq́ue ceruicibus reliqua extendit. Inde latius abit in pēinſulę faciem, ſuper anguſtias, hinc Teos illinc Clazomena: & quia terga iungunt cõfinio adnexa maris, diuerſis frontibus diuerſa maria proſpectãt. In ipſa peninſula eſt Coryna. In ſinu Smyrnæo eſt Thermodon amnis, & vrbs Leuca: extra eum, Phocis Ioniæ vltima.

## *ANNOTATIONES.*
### *In caput. XVII.*

Poſt Baſilicum Ionia] *poſt Baſilicum Ionia* Baſilicum *ſinũ intellige & reſpice chartam,* Aliquot ambagibus ] *ſinibus.* Miletum] *oppidum fuit olim celebratiſſimum nunc dictum, Melaſſam, conditum enim fuit à Neleo, qui genere Pylius fuit.* Vtcũque Ioniam vocant] *lege hucuſq; Ioniam vocant,* Panioniũ] *vbi fanum eſt ad quod confluunt omnes Iones præter, Mileſios, qui confederati fuere Perſis cõtra alias ciuitates Ioniæ. Ciuitates Ioniæ fuerũt duodecim, Miletum, Myuns, lebedos, Colophon, Priene, Teos, phocea, clazomene, Epherus, Chius, Samus, & Smyrna.* Phygellã] *habet hoc oppidũ Dianæ Munichiæ tempſum ab Agamemno-*

*ne*

*ne conditum.* Epheſus] *celeberrimum oppidum vbi templũ Dianæ.* Clariique Apollinis] *qui volet legere fabulas huius Clarij Apollinis, legat Strabonem libro.* 14. Epigonos] *Epigoni græce, latine dicuntur poſteri, Duo fuerunt Bella inter Græcos aliquot ex multis nationibus conflatos, & Thebanos: in priori victores fuere Thebani, poſteri vero eorum, qui occubuerant iterum conflato de integro exercitu. Alcmeone exercitus imperatore vicere Thebanos & vrbem deleuerunt, iſti dicti ſunt Epigoni, poſt epigonons lege erexit,* Smyrneum] *ab Smyrna oppido illuſtri quod in illo ſitum eſt dictum hodie lamyra, alij alio modo, breuis eſt traiectus ab illo ad Chium Inſulam & Mitylenem aliam inſulam & inde breuis nauigatio in Conſtantinopolim, ſequitur vltimo Phocis vltima Ioniæ.*

Corollarium.

*Vniuerſa Ioniæ regio fertiliſsima eſt, ab Occidente enim habet Aegeum mare, quod nunc archipelago dicitur. i. princeps marium propter regiones quas vtrinque alluit in Aſia & Europa illuſtres & fecundiſsimas, nam in Europa alluit totam Macedoniam littoralem, in Aſia Ioniã & ariam & Phocida vſque ad Helleſpontum, præterea habet innumeras penè inſulas: ſed Ionia tulit præclariſsimos ac peritiſsimos viros pace & bello illuſtriſsimos. Imperatores Conſtantinopolitani ſolebant recreationis gratia hanc Ioniam perluſtrare propter eius fertilitatem, expugnatio iſtius regionis fuit cauſa propter quam amiſſum fuerit imperium orientale. neque abs re vocata hæc regio Aſia minor quod ſua vbertate mereretur nomen Aſiæ.*

Æolis. Cap. 18.

PRoxima regio, ex quo ab Aeoliis incoli cœpit, Aeolis facta, antè Myſia: & quà Helleſpontum attingit Troianis poſſidentibus, Troas fuit. Primam vrbem à Myrino

conditore, Myrinam vocant: ſequentem Pelops ſtatuit, victo Oenomao, reuerſus ex Græcia: Cymen nominauit, pulſis qui habitarant dux Amazonum Cyme. Suprà Caicus inter Eleam decurrit, & Pitanem illam, quæ Archeſilam tulit, nihil affirmantis, Acadamiæ clariſſimum antiſtitem. Tum in promontorio eſt Cāna oppidum, quod præteruectos ſinus excipit non paruus, ſed longè ac molliter flexus, retrahénſque paulatim oras, vſque ad ima montis Idæ. Iſthmos paruis vrbibus aſperſus eſt, quarum clariſſima eſt Ciſtena. Gremio interiore campus Thebe nomine, Adrimittion, Aſtyram, Eteſſam, oppida. eodē quo dicta ſunt ordine adiacentia, continet. In altero latere Antandrum. Duplex cauſa nominis iactatur: alij Aſcanium Æneæ filium cùm ibi regnaret captum à Pelaſgis, ea ſe redemiſſe commemorāt: alij ab iis putant conditam, quos ex Andro inſula vis & ſeditio exegerat. Hi Antandrum quaſi pro Andro: illi quaſi pro viro accipi volunt. Sequens tractus tangit Gargara, & Aſſon, Ætolorū colonias. Tum ſinus alter ἀχαιῶν λιμὴν, non longè ab Ilio littora incuruat, vrbe, bello, excidióq; clariſſima. Hîc Sigæum fuit oppidum, hîc Achiuorum fuit bellantium ſtatio. Huc ab Idæo monte demiſſus Scamander exit, & Simois; fama quàm natura maiora flumina, Ipſe mons vetere diuarum certamine, & iudicio Paridis memoratus, orientem ſolem aliter quàm in aliis terris ſolet

aſpici,

aſpici,oſtentat. Nanque ex ſummo vertice eius ſpeculantibus, penè à media nocte ſparſi ignes paſſim micare,& vt lux appropinquat, ita coïre, ac ſe coniungere videntur,donec magis magiſq; collecti,pauciores ſubinde,& vna ad poſtremum flamma ardeant.Ea cum diu clara & incendio ſimilis effulſit,cogit ſe, ac rotundat, & fit ingens globus.Diu is quoque grandis, & terris annexus apparet: deinde paulatim decreſcens, & quanto decreſſit,eo clarior: fugat nouiſſimè noctem, & cùm die iam ſol factus,attollitur. Extra ſinũ ſunt Rhetæa littora,Rhetæo & Dardania claris vrbibus:Aiacis tamen ſepulchro maximè illuſtria.Ab his fit arctius mare,nec iam abluit terras,ſed rurſus diuidens anguſto Helleſponti freto,littus obuium findit,facitque vt iterum terræ, quà fluit, latera ſint.

## *NNOTATIONES In Caput XVIII.*

Ab Æolibus]*græciæ populi fuere,qui in hoc littore duodecim ciuitates cõdiderunt* Sequentem Pelops ſtatuit] *videlicet Cymen poſtea ita leges,& victo œnomao reuerſus ex Græcia,Cymen nominauit,pulſis qui habitarãt dux Amazonum Cyme.* Academię]*nouæ intelligit Academiæ,nã veteris fuit Socrates,*Iſthmos paruis vrbib⁹ aſperſus eſt] *pro Iſthmos ſunt; qui legãt is mons videlicet Ida,& perperam, nam mons Ida non eſt aſperſus paruis vrbibus,neque Ciſtena eſt in monte Ida,* Αχαιῶν λιμὴν.*i. græcorũ portus,* Nõ longe ab Ilio littora incuruat vrbe bello excidioque clariſsima]*De ilio non attinet dicere quando omnes poëtæ tam græci quam latini de illo fabulãtur præcipuè Homerus,ſunt*

*qui dicunt iſta omnia hæc de Ilio nugamenta eſſe, non dicam ego, ne comparem mihi inimicos multos hiis fabulis addictiſsimos, & reuera audiui à viris doctiſsimis, fuiſſe hæc omnia Homeri & aliorum poetarum ſomnia neque poſſunt ſibi perſuadere illa omnia, quæ apud Homerum ſunt ſcripta,*

## APPENDIX.

*Aeolis pars Aſiæ minoris olim magni nominis & fertilitatis vel maximæ, nunc redacta ad domunculas Turcarum, non enim ita colitur hodie illa regio vt quondam culta fuit, poetarum fabulis inclyta, ſeculo imperatorum orientalium chriſtianorũ maxime exornata. Myrina oppidum nunc Sebaſtopolis appellata iam non obſcuri nominis ob mercaturam, Sigeum oppidum & promõtorium, nũc caput ſanctæ Mariæ,* Helleſpontus, *fretũ eſt ex parte Aſiæ à Chriſtianis poſsidentibus Aſiam minorem dictum Brachium* S. *Georgij, ab Europæis ex altero latere el far de Callipoli ob oppidum ibi ſitum Callipoli dictum hoc eſt pulchrum per fretum iſtud Turcæ, qui iam totam Aſiam minorem occupauerant, multa mala intulerunt Chriſtianis, & hæc fuit ars militaris Turcæ, vt prius occuparet Aſiam minorẽ, ex qua poſſet irruptiones in nos libere facere neque ex ea parte ipſum damnum aliquod accipere, nam ſi totam illã regionẽ* A*ſiæ minoris Troadis et* Bythin*iæ reliquiſset in expugnatas, nullus fuiſset illi traiectus ex* A*ſia in Thraciam & conſtantinopolim res admiranda nunquàm defuit vnus proditor in omni hominum ſtatu, id experiũtur principes indies, quamquam vt paulo liberius loquar græci Cæſares in pleriſque fuerunt negligentes & ſecordes, & alij principes Chriſtiani multo negligentiores, non dubito factũ hoc fuiſse ob noſtra crimina, & quia non reſipiſcimus indies res Chriſtiana labitur in deterius.*

## Bithynia Caput. XIX.

INterius Bithyni ſunt, & Mariandynei. In ora Graiæ vrbes, Abydos, & Lampſacũ, Parion & Priapos. Abydos magni quondam

dam amoris cõmercio inſignis eſt : Lampſacum Phocęis appellantibus nomen ex eo traxit, quod conſulentibus in quaſnam terras potiſsimum tenderent, reſponſũ erat, vbi primùm fulſiſſet, ibi ſedem capeſſerẽt. Tum rurſus fit apertius mare Propontis. In id Granicus effunditur, pugnà, quę primùm inter Perſas & Alexandrum fuit, nobilis. Trans amnem ſedet in ſeruice peninſulæ Cyzicũ: nomen Cyzicus indidit, quem à Minyis imprudentibus, cùm Colchos peterent, fuſum acie cæſúmque accepimus. Poſt Placia, & Scylacę paruę pelaſgorum coloniæ. Quibus à tergo imminet mons Olympus, vt incolę vocant, Myſius: is flumen Rhyndacum in ea quæ ſequuntur, emittit. Circà angues naſcuntur immanes, neque ob magnitudinem modò, ſed ob id etiã mirabiles, quòd vbi in alueum eius ęſtus, ſolẽque fugerunt, emergunt atque hiant : ſuperuolantéſque aues, quãuis altè & perniciter ferantur, abſorbent. Trans Rhyndacum eſt Daſchylos, & quam Colophonii collocauere Myrlea. Duo ſunt inde modici ſinus: alter ſine nomine Cion amplectitur, Phrygię haud longè iacentis opportuniſsimum emporiũ: alter Olbianos. In promontorio fert Neptuni fanum, in gremio Aſtacon, à Megarenſibus conditam. Deinde priores terrę iterum iacent, exituríq; in pontum pelagi canalis anguſtior. Europam ab Aſia ſtadiis quinque diſterminat Thracius (vt dictum eſt) Boſphorus. Ipſis in faucibus oppidum,

in ore templum eſt : oppidi nomen Chalcedon: auctor Archias Megarenſium princeps. Templi numen Iupiter, conditore Iaſone. Hîc iam ſeſe ingens Pontus aperit (niſi qua promõtoria ſunt) huc atque illuc, longo rectóque limite extentus, ſinuatus cętera. Sed quia contrà minus quàm ad lęuam & dextram abſceſsit, mollibus faſtigiis, donec anguſtos vtrinque angulos faciat, inflectitur ad formã Scythici arcus, maximè incuruus, breuis atrox nebuloſus, raris ſtationibus, non molli neque arenoſo circundatus littore, vicinus aquilonibus: & quia non profundus eſt, fluctuoſus atque feruens: olim excolentium ſęuo admodum ingenio Axenus: pòſt cõmercio aliarum gentium mollitis aliquantum moribus, dictus Euxinus. In eo primum Mariandynei vrbẽ habitant, ab Argiuo (vt ferunt) Hercule datam, Heraclea vocitatur : id famę fidẽ adiecit. Iuxta ſpecus eſt Acheruſia , ad manes ( vt aiunt) peruius , atque inde extractum Cerberum exiſtimant.

## *ANNOTATIONES*
## *In Caput XIX.*

Interius Bithyni ſunt] *indicat Bithynos non eſſe maritimos, ſed potius mediterraneos, interius inquit ſunt, id eſt, in mediterraneis. Sunt, qui volunt à Thinis Thraciæ populis originem duxiſſe, Bithynia vocata fuit olim Mygdouia* Bithynia *dicta à Bithino rege Thrace,* Mariandyni] *populi Paphlagonibus finitimi, propè Bithynos,* In ora Graiæ vrbes, Abydos, & lampſacum, Parion, & priapos, Abydos magni quondã amo

ris]

ris]*Leandri & Hero,*Tam rurſus fit apertius mare propõ-tis]*paulo apertius propontis dictum quia ante pontum, vocatum hodie la canal de Conſtinopoli*. In id Granicus effunditur] *in id mare Granicus fluuius effunditur, apud illum fuit prima victoria Alexandri in Aſia*. Cizicum]*hodie dicitur ſpiga*. Parion] *Pariſſa vulgo*. Lampſacum ] *nunc dicitur Cirſe, Circa* Angues naſcuntur immanes]*& alia, quæ ſequuntur ſunt fabuloſa,* Daſchilos]*Diaſquilo hodie.* Chalcedon]*nomen retinet ibi concilium Chalcedonenſe.*Conditore Iaſone] *lege Conditor Iaſon.*Scythici arcus]*vt habet M.Terentius Varro*, Axenus]*inhoſpitalis,*Euxinos]*bene hoſpitalis.* Iuxta ſpecus eſt Acheruſia]*fabuloſa omnia.*

## Paphlagonia. Caput. XX.

TVm Tios oppidum, Mileſiorum quidem colonia, ſed iam ſoli gentíſque Paphlagonum: quorum in littoribus penè mediis, promontorium eſt Carambis. Citrà, Parthenius amnis vrbéſque Seſamus, & Cronna, & à Cytoro Phryxi filio poſita Cytoros. Tum Cimolis accolitur, & quæ Paphlagoniam finit, Arm ene.

### *ANNOTATIONES In Caput. XX.*

*Paphlagonia, antea dicta fuit Pylæmenia.* Tum Tios oppidum Mileſiorum quidem colonia]*hanc condiderunt Mileſii eo tempore, quo vna cum Perſis pugnarunt aduerſus Aſianos ſuos minores.* Sed iam Soli gentiſque Paphlagonum ] *nam antea erat Mileſiorum non enim erat in Paphlagonia ſed in Ponto.* Promõtorium Carambis]*hoc promontoriũ valde excurrit in mare.* Parthenius amnis]*ex Gigante monte fluit in Pontum.*

## Auctarium.

*Iſtæ duæ regiones fuerunt olim imperij Trapezuntij, & imperator Trapeſi illis imperabat, ſed cum deſcenderet ex Turquia Ottomanus primum deleuit hoc imperium, vt facilius conſtantinopolitanum ſibi aſſeret, quod fecit, & abſoluit, omnia ſunt hodie Solymani Turcæ.*

*Tios retinet nomen ablato ſigma vltimo. Cronna Comana noſtro ſeculo Cimolis nunc Cinopolis.*

## Chalybes. Caput. 21.

CHalybes proximi clariſſimas habent Amiſon, & Sinopen, Cynici Diogenis patriam. amnes, Halyn, & Thermodonta. Secundum Halyn vrbs eſt Lycaſto: à Thermodonte campus, in eo fuit Themiſcyrum oppidũ. fuere & Amazonum caſtra: ideo Amazonum vocant. Tibareni Chalybas attingunt, quibus in riſu luſuque ſummum bonum eſt. Vltra Carambin Moſſynœci, turres ligneas ſubeunt, notis corpus omne perſignãt, propatulò veſcuntur, promiſcuè concubunt: & palàm reges ſuffragio deligunt, vinculiſque & arctiſſima cuſtodia tenent: atque vbi culpam prauè imperãdo meruere: inedia diei totius afficiunt. Cæterùm aſperi, inculti, pernoxij appulſis. deinde minus feri. verùm & hi inconditis moribus, Macrocephali, Diſcheri, Buxedi. Raræ vrbes, Ceraſus & Trapezus maximè illuſtres. Inde is locus eſt, vbi finem ductus à Boſphoro

tractus

tractus ac cipit,atque inde ſe in ſinu aduerſi littoris flexu att olens,anguſtiſſimum Ponti facit angulum. Hîc ſunt Colchi. hinc Phaſis erumpit. Hîc eodem nomine, quo amnis eſt, Atheniſtagora, Mileſio deductum oppidum. Hîc Phryxi templum,& lucus,fabula vetere pellis aureæ nobilis.Hinc orti montes,longo ſe iugo, & donec Rhiphæis coniungantur,exporrigunt: qui altera parte,in Euxinum & Mœotida,& Tanain,altera in Caſpium pelagus obuerſi, Ceraunij dicuntur. Iidem aliubi Taurici,Moſchi,Amazonici,Caſpij Coraxici,Cauca ſi,vt aliis aliiſúe appoſitis gentibus,ita aliis aliiſque dicti nominibus. At in primo flexu iam curui littoris oppidum eſt, quod Græci mercatores conſtituiſſe,& quia cum cæca tempeſtate agerentur,ignaris quæ terra eſſet, cygni vox notam dederat, Cygnum appellaſſe dicuntur.Reliquà eius feræ incultæque gentes, vaſto mari aſſidentes tenent, Melanchlæni: terreſtria, Sexſolytæ, Coraxi, Phthirophagi, Heniochi,Achæi,Cercetici. Etiam in confinio Mœotidis Syndones.In Heniochorũ finibus Dioſcurias,à Caſtore & Polluce pontum cum Iaſone ingreſſis:Syndos, in Syndonum ab ipſis terrarum cultoribus condita eſt:obliqua tunc regio, & in latum modicè patens, inter Pontum paludéque ad Boſphorum excurrit,quæ duobus alueis in lacum & in mare profluens,Corocondamam peninſulam reddit.Quatuor vrbes ibi ſunt, Herma-

naſſa, Cepœ, Phanagoria, & in ipſo ore, Cimmerium. Hàc ingreſſos lacus accipit longè latéque diffuſus, quà terras tangit, incuruo circundatus littore: quà mari propior eſt, (niſi vbi aperitur) quaſi margine obductus, citra magnitudinem, propè Ponto ſimilis. Oram quę à Boſphoro ad Tanain vſque deflectitur, Mœotici incolũt, Toreatæ, Arrichi, Phicores, & oſtio fluminis proximi Iaxamathæ. Apud eos eaſdem artes fœminæ, quas viri exercent, adeò vt ne militia quidem vacent. Viri pedibus inhęrent, ſagittiſq; depugnãt: illę equeſtre pręlium ineunt. Nec ferro dimicant, ſed quos laqueis intercepêre, trahendo conficiũt. Nubunt tamen, verùm vt nubiles habeãtur, non in ætate modus eſt: niſi quę hoſtẽ interemere, virgines manent. Ipſe Tanais ex Riphęo monte deiectus, adeò pręceps ruit, vt cum vicina flumina, tum Mœotis & Boſphorus, tum Ponti aliqua bru mali rigore durentur, ſolus ęſtus hyeménq; iuxta ferens, idem ſemper, & ſublimis, incitatuſque decurrat. Ripas eius Sauromatę & ripis herẽtia poſſident. Vna gens, aliquot populi, & aliquot nomina. Primi Męotici γυνεκοκρατούμενοι, regna Amazonum. Fœcundos pabulo, ad alia ſteriles nudóſque campos tenent Budini. Geloni vrbem ligneam habitant. Iuxtà, Thyrſagetę Turcęque vaſtas ſyluas occupant, aluntúrque venando. Tum continuis rupibus, latè aſpera & deſerta regio, ad Arymphęos vſq; permittitur. His iuſtiſſimi

mi mores. Pro domibus nemora, alimenta baccæ & maribus & fœminis nuda ſunt capita. Sacri itaque habentur, adeóque ipſos nemo de tam feris ris gentibus violat, vt aliis quoque ad eos confugiſſe, pro aſilo ſit. Vltrà ſurgit mons Riphęus, vltraque eum iacet ora, quę ſpectat oceanum.

## *ANNOTATIONES In Caput XXI.*

Chalybes ſunt proximi] *Homerus vocat eos Alizones, gens eſt, quæ nuda fodit metalla,* Amiſon & ſinopem] *Sũt, qui Amiſon in Cappadocia conſtituant, Synopem vero in Paphlagonia, Synope nunc dicta Synopi, & Amiſon Quinopoli.* Themiſcyrum oppidum] *De Amazonibus dixi.* Raræ vrbes Ceraſus, & Trapezus] *Ceraſus Ceraſo nunc, Trapezus Trapizonda caput totius imperij.* Colchi] *natio percelebris, reliqua omnia poſsident Tartari vſque ad Europam.*

## Additio.

*Magna eſt mutatio harum regionum nam tota hæc regio quæ omnes iſtas ciuitates complectitur vſque ad lacum Caſpium Tartaria minor dicitur, ſub ditione Magni Chan, regio eſt aſpera & mõtoſa à barbariſsimis hominibus habitata in hac regione eſt magna Bulgaria non illa Theophilacti quæ eſt in Europa ſed alia. De hac regione ſemper eſt contentio inter Turcas & Tartaros eiuſdẽ generis ambos, ambo enim ſunt Scythæ.*

# POMPONII MELÆ DE SITV ORBIS LIBER II.

## Scythia Europæa. Cap. I.

ASiæ in noſtrũ mare Tanainq́ue vergentis quẽ dixi, finis ac ſit⁹ eſt. At per eũdem amnem in Mœotida remeãtibus, ad dextram Europa eſt modò ſiniſtro latere in nauigãtium appoſita, ac Riphæis montibus (nam & huc illi pertinẽt) proxima. Cadentes aſſiduè niues adeò inuia efficiunt, vt vltrà ne viſum quidem intendentium admittant. Deinde eſt regio ditis admodum ſoli, inhabitabilis tamen quia Gryphi ſæuum & pertinax ferarum genus, aurum terra penitus egeſtũ mirè amant, miréque cuſtodiunt, & ſunt infeſti attingentibus. Hominũ primi ſunt Scythę, Scytharúmque, queis ſinguli oculi eſſe dicuntur, Arimaſpi. Ab eis Eſſedones vſque ad Mœotida. Huius flexũ Buges amnis ſecat. Agathyrſi & Sauromatæ ambiunt: quia pro ſedibus

plauſtra

plauſtra habent, dicti Hamaxobitæ. Obliqua tūc ad Boſphorū plaga excurrens, Ponto ac Mœotide includitur. In paludem vergentia Satarchę tenēt. In Boſphorum Cimmericū oppida, Myrmecion, Panticapeum, Theodoſia, Hermiſium. In Euxinū mare, Taurici. ſuper eos ſinus portuoſus, & ideo καλὸς λιμὴν appellatus, promōtoriis duobus includitur. Alterū κριοῦ μέτωπον vocant, Carambico, quod in Aſia diximus, patet aduerſum: Parthenion alterū. Oppidum adiacet Cherroneſus, à Diana (ſi credatur) conditum, & Nymphæo ſpecu, quod in arce eius Nymphis ſacratū eſt, maximè illuſtre. Subit tum ripam mare, & donec quinque millia paſſuū abſit à Mœotide, refugientia vſque ſubſequens littora, quę Satarchæ & Taurici tenent, peninſulam reddit. Quod inter paludem & ſinum eſt, Taphrę nominatur: ſin⁹, Carcinites. In eo vrbs eſt Carcine, quam duo flumina, Gerros & Hypaciris, vno oſtio effluentia attingūt: verùm diuerſis fontibus & aliunde delapſi. Nam Gerros inter Baſilidas & Nomadas euoluitur. Syluę deinde ſunt, quas maximas hæ terrę ferunt, & Panticapes, qui Nomadas Georgóſque diſterminat. Terra tum longè diſtēta excedēs, tenui radice littori adnectitur: poſt, ſpatioſa modicè, paulatim ſe ipſa faſtigiat, & quaſi in mucronē longa colligens latera, facie poſiti enſis allecta eſt. Achilles infeſta claſſe mare Ponticum ingreſſus, ibi ludicro certamine celebraſſe victoriam, & cū ab armis quies erat, ſe ac ſuos cur-

ſu exercitauiſſe memoratur:ideo dicta eſt, δρόμοσἀ-
χίλλειος. Tum Boryſtenes gẽtem ſui nominis abluit
inter Scythię amnes amœniſſimus:turbidis alijs,
liquidiſſimus defluit, placidior q̃ cęteri, potaríq;
pulcherrimus. Alit lætiſsima pabula, magnóſque
piſces, quibus & optimus ſapor, & nulla oſſa ſunt.
longè venit, ignotíſque ortus è fontibus, quadra-
ginta dierum iter alueo ſtringit, tantóque ſpatio
nauigabilis, ſecundum Boryſthenida & Olbida
gręca oppida egredirur. Callipidas Hypanis inclu
dit, ex grandi palude oritur, quam Matrem eius
accolę appellant: & diu qualis natus eſt de fluit.
Tandem non longè à mari, ex paruo fonte, cui
Exampeo cognomen eſt, adeò amaras aquas acci
pit, vt ipſe quoque iam ſui diſſimilis, & non dulcis
hinc defluat. Axiaces proximus intra Callipidas
Axiacáſque deſcendit. Hos ab Iſtricis Tyra ſepa-
rat, ſurgit in Neuris: quà exit, ſui nominis oppidũ
attingit. At ille qui Scythię populos à ſequẽtibus
dirimit, apertis in Germania fontibus, alio quàm
deſinit nomine exoritur. Nam per immania ma-
gnarum gentiũ diu Danubius eſt: deinde aliter ap
pellantibus accolis, Iſter fit: acceptíſque aliquot
amnibus, ingens iam, & eorum qui in noſtrũ ma-
re decidunt, tantùm Nilo minor, totidem quot il-
le oſtiis, ſed tribus tenuibus, reliquis nauigabilib⁹
effluit. Ingenia cultúſque gentium differunt. Eſſe
dones funera parentum lęti, & victimis, ac feſto
coitu familiarium celebrãt. Corpora ipſa laniata,

& cœ-

& cæſis pecorum viſceribus immixta, epulando conſumunt. Capita vbi fabrè expoliuere, auro cincta pro poculis gerunt. Hæc ſunt apud eos ipſos pietatis vltima officia. Agathyrſi ora artúſque pingunt: vt quique maioribus præſtant, ita magis vel minus: cæterùm iiſdem omnes notis, & ſic vt ablui nequeant. Sarmatæ auri & argenti maximarũ peſtium ignari, vice rerũ commercia exercent. Atque ob ſæua hyemis admodum aſſiduæ demerſis in humum ſedibus, ſpecus aut ſuffoſſa habitant, totum braccati corpus: & niſi quà vidẽt, etiam ora veſtiti. Tauri, Iphigenię, & Oreſtis aduentu maximè memorati, immanes ſunt moribus, immanemque famã habent, ſolere pro victimis aduenas cędere. Baſilidis ab Hercule & Echidnà generis principia ſunt: mores regij, arma tantum ſagittę. Vagi nomades, pecorum pabula ſequuntur, atque vt illa pecori durant, ita diu ſtatam ſedem agunt. Colunt Georgi, exercentque agros. Axiacę furari quid ſit, ignorant: ideóque nec ſua cuſtodiunt, nec aliena contingunt. Interius habitantium ritus aſperior, & incultior regio eſt. Bella cędeſque amant, móſque eſt bellãtibus, cruorem eius quem primum interemerunt, ipſis è vulneribus ebibere. Vt quiſq; plures interemerit, ita apud eos habetur eximius. Cęterùm expertem eſſe cędis inter opprobria vel maximum eſt. Ne fœdera quidem incruenta ſunt: ſauciãt ſe qui paciſcuntur, exemptúmque ſanguinem vbi per-

miſcuere, deguſtant: id putant manſurę fidei pignus certiſſimum. Inter epulas, quot quiſque interfecerit referre, lętiſſima & frequentiſsima mẽtio: biníſque poculis, qui plurimos retulere, perpotatis interlocantur. is honos pręcipuus eſt. Pocula vt eſſedones parentum, ita inimiciſſimorum capitibus expoliunt. Apud Anthropophagos ipſę etiam epulę viſceribus humanis apparantur. Geloni hoſtium cutibus equos, ſeque velant: illos reliqui corporis, ſe capitum, Melanchlęnis atra ueſtis, & ex ea nomen. Neuris ſtatũ ſingulis tempus eſt, quo ſi velint in in lupos, iterúmque in eos qui fuere, mutentur. Mars omnium deus: ei pro ſimulachris enſes & tentoria dedicant, homínéſque pro victimis feriunt. Terrę laté patent, & ob excedentia ripas ſuas plerúmque flumina nuſquã non ad pabula fertiles, alicubi vſque adeò ſteriles ad cætera, vt qui habitant, lignorum egentes, ignes oſsibus alant.

## *NNOTATIONES*
### *In Caput I.*

*Cimmerium & vbi habes Cimmericum repone Cimmerium.* Oppida Myrmecion] *lege oppida ſunt, Myrmecion ab abundantia fornicarum.* Taurici] *hodie tartari minores.* καλὸς λιμλω] *id eſt, bonus portus.* κριỡ μέτωπον] *arietis frontem vocant.* Carãbico, quod in Aſia diximus] *lectio iſta eſt inuerſa, lege hoc modo, quod, Carambico in Aſia dicto patet aduerſum.* Carambicum promontorium] *promõtorium Paphlagonum.* Theodoſia] *campos habet vbertate maxima præſtantes.* Panticapæum] *ciuitas metropolis eorum qui Boſphorum Cimmerium inhabitant,*

*habitant,& eſt in oſtio Mœotidis olim opulentiſſima, hæc omnia oppida poſſidebant Cimmerij, quorum erat ditio latiſſima & fecundiſſima, & non longe à noſtris temporibus Veneti dominabantur & toti paludi Mœotidi, quæ vocatur hodie el mar negro, ſed Barbari Tartari totam illam regionem expugnarunt.* Oppidum adiacet Cherroneſus à Diana ſi credatur, conditum] *in hoc loco eſt mendum intolerobile, in primis ego non legi apud Geographum aliquem vetuſtum, neque apud Strabonem minus apud Herodotum omnium poſt Homerum vetuſtiſſimum oppidum aliquod vocari Cherroneſus. Deinde inuento apud ſtrabonem oppidum ibi eſſe Nymphœum vocatum, & illud percelebre, quare multo ſatius erit ita legere, oppidum adiacet Cherroneſo, à Diana vt ferunt conditũ, et Nymphæo ſpecu quod in arce eius Nymphis ſacratum eſt, maxime illuſtre, & hæc eſt genuina lectio, nec video quibus autoribus poſſent aliqui mihi occurrere niſi Pomponio Plinio & Ptolemæo quibus ego in hoco loco et in hac regione Strabonẽ antepono, qui erat natus ad Pontũ & nouerat omnes circumuicinas ciuitates, at ille nullum iſtius oppidi facit mentionem. Strabo ipſe quæritur maxime de iis, qui ciuitates & flumina pro ſuo libito excogitant, veluti hiſtorici aliquot fecerunt, alij enim Riphæos montes nuncupant, alij Ogyon montem, & Gorgonum & Heſperidum domicilia, Thepompus dixit terram mecropidem, Hecateus excogitauit vrbem Cimmeridem' Heuemerus rura panchia, in Libya liberi patris oppidum exiſtere.* Quod inter paludem & ſinũ eſt] *paludem Mœotida, & ſinum Carcinitem.* Pẽinſulam reddit] *Tauricam cherſoneſon, ſiue Procopienſem, ſiue Tartariã procopienſem, nam hodie ibi minores Tartari habitant, ſolebant olim Genuenſes habere eius imperium* Baſſilides] *Vvalachi nũc, & nomades quoque vſque ad Iſtrũ fluuium, à Tauricis vſque ad Iſtrum & Vvalachia, quam olim habitarunt Getæ.* Δρόμος Ἀχιλλῆος] *id eſt, curſus Achillis.* Tum Boryſtenes] *hodie Neper.* Inter Scythiæ] *dixi à fontibus Tanais vſque ad Danubium vocari regionem Scythicam vniuerſali vocabulo.* At ille] *Danubius eſt, qui Scythiam aut Tartaros minores.* A ſequentibus populis dirimit] *à Bulgaria minore et Myſia inferiore.* Apertis in Germania fontibus] *oritur Danubius in abnobio Germaniæ monte,*

*nunc dictus Daunou,* Nam per immania magnarum gentium] *per Auſtriam, Vngariam, quarum altera dicitur Pannonia ſuperior videlicet Auſtria, alia inferior videlicet Vngaria, per Myſiam inferiorem, inter Vulgariam & Valachiam vſque ad Pontum.* Deinde aliter appellantibus accolis] *dicitur Iſter, ab aria ciuitate nunc dicta Colonamich Vvalachiæ vſque ad oſtia Ponti.* Hæc ſunt apud eos ipſos pietatis vltima officia] *Epiphonyma eſt, & illud:* Auri & argenti maximarum peſtium] *aliud Epiphonyma.*

## Corollarium.

*A fonte Tanais vſque ad primum oſtium Danubij verſus Septentrionem Scythia à veteribus ducta eſt, quæ diſtribuebatur in duas partes, in Scythiam videlicet maiorem & Scythiam minorem, noſtro ſeculo vocatur Tartaria vnico vocabulo. Tartari poßident non dißimiles Mahumethanis, imo paulo magis erudiores, regio eſt fœcunda vel incipiens ab oſtio Tanais vſque ad Cherroneſum propter multitudinem fluuiorum tum in mare, tum etiam in paludem effluentium, reliqua vero vſque ad Danubium non ſunt contemnenda quanquàm non tantæ fertilitatis Bulgaria eſt ea, quæ ad oſtia Danubij protenditur, huius fuit Archiepiſcopus Theophilactus, ea iam tota eſt Solymani, tantum poteſt ſecordia chriſtianorum principum.*

## Thracia. Cap. 2.

HIs Thracia proxima eſt, eáque à Pontici lateris fronte vſque in Illyricos penitus immiſſa, quâ latera agit Iſtro pelagóque con tingitur. Regio nec cælo læta, nec ſolo: & niſi quà mari propior eſt, in fœcunda, frigida, eorúmque quæ feruntur, malignè admodũ patiens. Raro vſquam pomiferam arborẽ, vitem frequentius tole-

rat:

rat : ſed nec eius quidem fructus maturat ac mitigat , niſi vbi frigora obiectu frondiũ cultores arcuere. Viros benignius alit, non ad ſpeciẽ tamen: nam & illis aſper atque indecens corporum habitus eſt: cæterùm ad ferociam, & numerũ, vt multi, immitéſque ſint, maximè ferax. Paucos amnes, qui in pelagus euadunt, verum celeberrimos, Hebrũ, Neſton , & Strymona emittit. Montes interior attollit, Hæmon & Rhodopen , & Orbelon, ſacris Liberi patris, & cœtu Mænadum Orpheo primùm initiante celebratos. E quibus Hæmus in tantum altitudinis abit, vt Euxinũ , & Adriam ex ſũmo vertice oſtendat. Vna gens Thraces habitant, alijs aliíſque prędití & nominibus & morib⁹. Quidã feri ſunt, & ad mortem paratiſſimi , Getæ vtique: id varia opinio perficit. Alij reddituras putant animas obeuntiũ: alij, & ſi non redeant, non extingui tamen, ſed ad beatiora tranſire: alij , emori quidẽ, ſed id melius eſſe quàm viuere. Itaque lugentur apud quoſdã puerperia, natíque deflẽtur. Funera contrà feſta ſunt, & veluti ſacra cantu, luſúque celebrantur. Ne fœminis quidem ſegnis eſt animus, ſuper mortuorũ virorum corpora interfici, ſimúlq; ſepeliri , votum eximiũ habent: & quia plures ſimul ſingulis nuptæ ſunt, cuius id ſit decus apud iudicaturos magno certamine affectant. moribus datur, eſtque maximè lætũ, cùm in hoc contenditur vincere. Mœrent alię vocibus, & cũ acerbiſſimis planctibus efferunt. At quibus conſolari

eas animus eſt, arma, opéſque ad rogos deferunt, paratíque (vt dictitant) cum fato iacentis, ſi detur in man⁹, vel paciſci, vel decernere, vbi nec pugnæ nec pecunię locus ſit: manentque dominas proci. Nupturę virgines nõ à parentibus viris traduntur, ſed publicè aut locantur ducendę, aut vęneũt. Vtrum fiat, ex ſpeciè & moribus cauſa eſt. Probæ formoſęque in precio ſunt: cęteras qui habeant, mercede quæruntur. Vini vſus quibuſdam ignot⁹ eſt: epulantibus tamen vbi ſuper ignes, quos circumſident, quędã ſemina ingeſta ſunt, ſimilis ebrietati hilaritas ex nidore contingit. In littoribus Iſtro proxima eſt Iſtropolis: deinde à Mileſiis deducta Galatis & Tritonice, & portus Caria, & Tiriſtris promontoriũ, quod præteruectos alter ponti angulus accipit aduerſus Phaſiaco, & niſi amplior foret, ſimilis fuit. Hîc Bizone motu terræ intercidit. Eſt portus Crunos: vrbes, Dionyſiopolis, Odeſſos, Meſſēbria, Anchialos: & intimo in ſinu, atque vbi Pontus alterum ſui flexũ angulo finit, magna Apollonia. Recta de hinc ora, niſi quod media fermè in promontoriũ, quod Thinniã vocant exit, & incuruis contra ſe littoribus obtenditur, vrbémque ſuſtinet Halmideſſon, & Phileas, & phinopolim. Hactenus Pontus. Deinde eſt Boſphorus & Propontis. In Boſphoro, Byzantium: in Propontide, Selymbria, Perinthus, Bathynis: amnéſque qui interfluunt, Ergynus & Atyras. Tum Rheſo regnata quondã pars Thracię, & Byſante

Sa-

Samiorũ,& ingens aliquando Cypſella. Poſt, locus,quem Graij μακρὸν τεῖχος appellant,& in radice magnæ peninſulę ſedens Lyſimachia. Terra quæ ſequitur,nuſquam lata, atque hîc arctiſſima inter Helleſpontum,Aegęúmque procurrit:anguſtias, Iſthmon:frontẽ eius Maſtuſiam , totam Cherſoneſum appellant. Ob multa memorabilis eſt. In ea flumẽ Aegos , naufragio claſſis Atticæ inſigne. Eſt & Abydo obiacens Seſtos,Leandri amore per nobilis.Eſt & regio,in qua Perſarum exercitus,diuiſas ſpatio pelagóque terras,auſus pontibus iungere(mirũ atque ingens facinus ) ex Aſia in Græciã pedes,& non nauigata maria tranſgreſſus eſt. Sunt Proteſilai oſſa conſecrata delubro.Eſt & portus Cœlos,Athenienſibus & Lacedęmonijs nauali acie decernentibus,Laconicę claſſis ſignatus excidio.Eſt Cynoſema tumulus Hecubę , ſiue ex figura canis,in quam conuerſa traditur:ſiue ex fortuna,in quã deciderat , humili nomine accepto: eſt Macidos,eſt Eleus,quæ finit Helleſpõtun. Ægęum ſtatim pelagus vaſte longũ littus impellit, ſummotáſque terras hinc ad promontoriũ, quod Sunium vocatur,magno ambitu,mollíque circũagit:eius tractum legentibus,præuectíſque Maſtuſiã,tum ſinus intrandus eſt, qui alterum Cherſoneſi latus abluens,iugo facie vallis includitur , & ex fluuio quem accipit,Melas dictus : duas vrbes amplectitur,Alopeconeſum,& in altero Iſthmi litore ſitam Cardiam. Eximia eſt Ænos, ab Ænea

pro-

profugo condita. Circa Hebrum Cicones: trans eundem Doriſcos, vbi Xerxem copias ſuas, quia numero nō poterat, ſpatio menſum ferunt. Deinde promontorium Serrium, ex quo canentem Orphea ſecuta narrantur nemora, & Zone. Tū Scœnos fluuius, & ripis eius adiacens Maronia. Regio vlterior Diomedem tulit immanibus equis mandendos ſolitum obiectare aduenas, & iiſdem ab Hercule obiectum. Turris, quam Diomedis vocāt ſignum fabulæ remanet: & vrbs, quam ſoror eius ſuo nomine nominauit, Abdera: ſed ea magis id memorandū habet, quòd Democritum Phyſicum tulit, quàm quod ita cōdita eſt Vltrà Neſtos fluit, interque eam & Strymona, vrbes ſunt, Philippi, Apollonia, Amphipolis. Inter Strymona & Athō turris Calarnea, & portus Caprullon, vrbs Acanthos, & Oeſima. Inter Athon & Pallenen, Cleona & Olynthos. Strymon (ſicut diximus) amnis eſt, lōgéque ortus, & tenuis, alienis ſubinde aquis fit amplior, & vbi non longè à mari lacū fecit, maiore quàm venerat alueo erūpit. Athos mōs eſt adeò elatus, vt credatur altius quàm vnde imbres cadūt ſurgere. Capit opinio fidem, quia de aris, quas in vertice ſuſtinet, non abluitur cinis, ſed quo relinquitur aggere manet. Cęterùm non promōtorio, vt alij, verū totus eſt, totóque longè dorſo procedit in pelagus: quà continenti adhæret, à Xerxe in Graios tendente perfoſſus, tranſnauigatúſq;, & factus freto nauigabili peruius. Ima eius tenēt par-

uæ

uę Pelaſgorum coloniæ. In ſummo fuit oppidum Acroathon, in quo (vt ferunt) dimidio longior quàm in aliis terris ætas habitantium erat. Pallene ſoli tam patentis, vt quinque vrbium ſedes ſit atque ager, tota in altum abit, anguſta ſatis vnde incipit: ibi eſt Potidea. At vbi laxius patet, Mēde, Scionéque referendę, illa ab Eretriis, hęc ab Achiuis capto Ilio remeantibus poſita.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput II.*

His Thracia proxima eſt] *his videlicet Scythis Thracia, eſt proxima ad Auſtrum & poſt oſtia Danubij, aut ſi voles ſpeciatim Bulgaris* Thracia] *à Thrace habitatore prim r dicta, fabulas non inſero nec libuit Inſerere. nam ſunt qui omnia referunt ad fabellas, veluti illi, qui dicunt Thraciam dictam fuiſſe à Martis filio Thrace. Alij volunt ab aſperitate dictam fuiſſe Thraciam ſit vtcunque voluerint non laboro, difficile enim eſt ſcire vnde nomina ſint regionum fluuiorum & oppidorum & montiū neque illud ad institutum geographicum,* A pontici lateris fronte]. *i. ab oſtiis Danubij.* Vſque ad illiricos penitus immiſſa] *per Myſiam ſuperiorem & inferiorem, nam inferior protenditur vſque ad oſtia Danubij ego non auſus ſum dicere vſque ad Dalmatas, nam Illiris eſt regio longe Septentrionalior Myſia ſuperiore, propterea melius diceretur & verius vſque ad Dalmatas, nā illuc Thracia pertinet.* Paucos amnes] *octo habet amnes exeuntes in pelagus, octo enim multi mihi videntur, exiſtimo tamen Pomponium voluiſſe dicere regionem iſtam pro eius amplitudine, nam eſt vaſta, paucos habere fluuios.* Verun celeberrimos, Hebrum, Neſton, & Strymona emittit] *Hebri oſtium hodie Mazera vocatur, Neſtos ad Macedoniam,* Strymon] *medius inter Macedoniam & Thraciam.* Montes interior attollit, Hęmon & Rhodopé & Orbelon] *interior videlicet Thracia ſiue mediterranæa. Hæmus mons hodie Cathena mundi, Rhodopæ hodie Valiza, ſed Hæ-*

*mus. vt aiunt altitudinis eſt.* VI. *milliarium ſi non volet lector habere fidem abibit impune, quanquam hanc ſententiam videtur confirmare Mela, cum dicit,* E quibus Hæmus in tantum altitudinis abit, vt Euxinum & Adriam ex ſummo vertice oſtendat] *tanta eſt habenda fides huic confirmationi, quanta priori ſententiæ*, Getæ vtique] *Getas alij geographi vltra Danubium ſitos eſſe dicunt, Mela ait citra verſus Meridiẽ.* Manéntque dominas proci] *hunc locum, qui nullum habebat ſenſum ego coniectura tantum reſtitui, nec ſcio quonam pacto hæc verba quadrent cum præteritis, niſi dicamus deprauatam eſſe ſcripturam, nam lectio habebat manent. pro mœrendo, minas, prominus, proci, pro proficere. diſſoluerant enim mœrendo in partes, mœren, &, do, itaque ſi ita legatur dictitant eas mœrẽdo minus proficere locus erit apertiſſimus*. In littoribus iſtro proxima eſt Iſtropolis, deinde à Mileſiis deducta Galatis] *Locus iſte eſt quoque mendoſus, ita lege, in littoribus Iſtro proxima eſt Iſtropolis à Mileſiis deducta, Deinde Galatis et Tritonicæ ita habet Plinius.* Hic Bizonę motu terræ intercidit] *Bizone & Heraclea interciderunt terræ motu*, Meſſembria] *Meſſeber hodie*, Apollonia] *antea Anthium.* Deinde eſt Boſphorus & Propontis] *Boſphorus Thracius & Bizantinus, hodie el far de Conſtantinopoli, & propontis la canal hodie de Conſtantinopoli*, In Boſphoro Bizantium] *hodie Conſtantinopolis à Conſtantino Cæſare inſtauratore, & noua Roma à veteribus pontificibus eccleſiæ noſtræ, quod in prioribus illis Synodis legere vnuſquiſque poteſt Ligos etiam antea dicebatur. Sedes fuit olim Occidentalium imperatorũ hodie vero Solymani Turcæ.* In propõtide Selymbria] *ſiue Selember, Inter duos fluuios.* Ergynum & Atiram] *ad Conſtãtinopolim*, *μάκρὸν τεῖχος*] *id eſt longus murus.* Philippopolis] *iuxta Strymonem fluuium finem. totius Thraciæ.* Apollonia] *Neapolis dicta.* Amphipolis] *hæ tres ciuitates ſunt ante fluuium Strymona vocatum verſus ſeptentrionem.* At hos mons] *dicitur hodie monte ſancto, ſed hic mons potius eſt in Macedonia quam in Thracia. Deinde Pallene in Macedonia verius, quam in Thracia, vt mirer Pomponium voluiſſe hæc inuertere*, Athos mons] *hodie monte ſancto, in Mari Aegeo dicto archipelago, dixi antea, in vertice olim fuit Acroathon, vbi*

*nunc*

*nunc ſunt cœnobia monachorum Sancti Baſilij, & hæc quantū ad Melæ expoſitionem attinet.*

## APPENDIX.

*Thracia, quæ nunc dicitur Romania regiones, pleraſque complectitur. Selymanus dominatur, habitata à Turcis, gubernat eam nomine Selymani Turcæ Beglerbeius: Romaniæ, Turca, hanc regionem expugnauit prima regio ab oſtiis Danubij verſus Meridiem eſt Bulgaria parua, olim Chriſtianorum ſubiecta tunc Imperatori conſtantinopolitano ad pontum Euxinum, qui hodie vocatur Mar maiore vſque ad finem Hemi montis quem diximus vocari monte de argento, ad littus eiuſdem maris vbi eſt Apollonia, nunc Varna inde ad Neſum ſiue Neſtum fluuium vera eſt Thracia cuius metropolis eſt. Conſtantinopolis, Turcæ Selymani ſedes, ante Conſtantinopolim eſt Phinopolis nunc dicta Ciſtopolis, ſunt qui dicant eſſe oppidum illud, quod vulgo Peram vocant, quod non poteſt fieri, nam ſeculo Ptolemæi nondum erat oppidum illud ædificatum, nam vt audio à Genuenſibus fuit ædificatum ante annos aliquot.*

### Digreſſiuncula.

*Bizantium à Pauſania Spartanorum rege primum conditum fuit, deinde à Conſtantino inſtauratum & regiis aulis ac ædificiis magnificis ornatum, dictum poſtea Conſtantinopolis à Chriſtianis Imperatorebus à multis ſeculis habitatum vſque ad Conſtantinum Paleologum imperatorem vltimum Chriſtianum, expugnatū & direptum & prædæ, infidelibus turcis datum à Mahomete Turcarum rege, Anno Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo tertio.* xxix. *Martij.*

## Macedonia Caput. 3.

TVm Macedonum populi, quot vrbes habitant? quarū Pallam maximè illuſtrem alumni efficiunt, Philippus Græciæ domitor, Alexāder etiam Aſiæ. In littore flexus Me-

cybernęus inter promontoria diuidit Canaſtreũ, & portum qui Copos dicitur: vrbes Toronem & Phyſcellam, atque vnde ipſi nomẽ eſt, Mecybernam incingit. Canaſtreo promontorio Scione proxima eſt. Mecybernæus autem in medio quà terra dat gremium, modicè in littora ingreditur. Cæterùm longis in altum immiſſis lateribus, ingens inter maria ſinus eſt. In eum Axius per Macedonas, etiam per Theſſalos Peneus excurrit. Ante Axium Theſſalonice eſt. Inter vtrunque Caſſandria, Cydna, Aloros, Derris: à Peneo, Sepias, Cordynia, Meliboea, Caſtanea, pares ad famã, niſi quòd Philoctetes alumnus Meliboeam illuminat. Terrę interiores claris locorum nominibus inſignes, penè nihil ignobile ferunt. Hinc non longè eſt Olympus, hîc Pelion, hîc Oſſa, montes gigãtum fabula bellóque memorati: hîc muſarum parens domúſque, Pieria: hîc nouiſſime calcatum Graio Herculi ſolum, ſaltus Oetęus: hîc ſacro nemore nobilia Tempe: hîc Libethra, carminumque fontes obiacent. Tum iam vaſtè & multùm prominens Gręcia, & dum Myrthoum pelagus attingat, à ſeptentrione in meridiem vecta: quà ſol oritur, Ægęis: quà occidit, Ioniis fluctibus obiacet: ac proxime ſpacioſa eſt Hellas nomine, grãdi fronti procedit: mox mari vtroq;, & Ionio magis, latera eius intrante, donec quinque millia paſſuum pateat, media fermè propè inciditur. Deinde rurſum terris huc ſe & illuc, verum in

Ionium

Ionium mare magis expandentibus progreſsiſq; in altum, non tam lata quàm cœperat, ingens tamen iterum & quaſi peninſula extenditur, vocaturque Peloponneſos, ob ſinus & promontoria, queis vt fibris littora eius inciſa ſunt: ſimul quòd tenui tramite in latus effunditur, platani folio ſimillima. In Macedonia prima eſt Theſſalia, deinde Magneſia, Phthiotis: in Græcia, Doris, Locris, Phocis, Bœotis, Attis, Megaris: ſed omnium Attis clariſsima. In Peloponneſo, Argolis, Laconice, Meſſenia, Achaia, Elis, Arcadia: vltrà, Ætolia, Arcanania, Epiros vſque in Adriam. De locis, atque vrbibus, quę mare non abluit, hæc maximę memoranda ſunt: in Theſſalia, Lariſſa, aliquādo Iolcos: in Magneſia, Antronia: in Phthiotide, Phthia: in Doride, Pindus, & iuxtà ſitum Erineon: in Locride, Cynos & Calliaros: in Phocide, Delphi & mons Parnaſus, & Apollinis fanum atque oraculum: in Bœotia, Thebæ, & Cythæron fabulis carminibúſque celeberrimus: in Attide, Eleuſin Cereri conſecrata, & clariores, quàm vt indicari egeant, Athenæ: in Megaride, vnde regioni nomen eſt, Megara. At in Argolide, Argos & Mycenæ, & templum Iunonis, vetuſtate & religione percelebre: in Laconide, Terapne, Lacedęmon, Amyclæ, mons Taygetus: in Meſſenia, Meſſene & Methone: n Achaïa atq; Elide quondam Piſę Oenomai, Elis & numen delubrúmq; Olympij Iouis, certamine gymnico, & ſingulari

ſanctitate,ipſo quidem tamen ſimulachro, quod Phidię opus eſt,maximè nobile. Arcadiam Peloponneſiacæ gentes vndique incingũt. In ea ſunt vrbes,Pſophis,Tenea,& Orchomenon: montes, Pholoë,Cyllenius, Parthenius, Męnalus: flumina,Erymãthus,& Ladon.In Ætolia Naupactos, in Arcãnia Stratos,oppida:in Epiro,Dodonęi Iouis templum,& fons ideo ſacer,quòd cùm ſit frigidus, & immerſas faces ſicut cæteri extinguat, vbi ſine igne procul admouentur, accendit. At cùm littora leguntur,à promontorio Sepiade per demetriam & Boïon, Phtheleon & Echinon ad Pagaſeum ſinum curſus eſt. Ille vrbem Pagaſam amplexus, amnem Sperchion accipit: & quia Minyæ Colchida petentes inde Argo nauem ſoluere memoratur. Ab eo ad Sunium tendentibus illa prænauiganda, Maliacus & Opuntius grandes ſinus, & in his cæſorum etiam Laconum trophæa,Thermopylę, Opoës,Scarphia, Cnemides,Alope,Anthedõ,Larymna:Aulis Agamemnoniæ,Graiorúmque claſſis in Troiam coniurantium ſtatio.Marathon magnarum multarũque virtutum teſtis, iam inde à Theſeo Perſarum maxima clade pernotus.Rhamnus parua,illuſtris tamen,quod in ea fanum eſt Amphiarai, & Phidiaca Nemeſis.Toricos,& Brauron olim vrbes,iã tantũ nomina.Sunium promontoriũ eſt,finitque id littus Hellados, quod ſpectat ad orientẽ. Inde ad meridiem terra conuertitur vſque ad Megarã.

Atticæ, vt modò latere, ita nũc fronte pelago adiacens. Ibi eſt Piræus Athenienſium portus. Scyronia ſaxa, ſęuo quondã Scyronis hoſpitio, etiã nũc infamia. Megarenſium tractus Iſthmon attingit: hoc illi cognomẽ eſt, quia quinque milliũ ſpacio Ægeũ mare ab Ionio ſubmouens, anguſto tramite Helladi Peloponneſon annectit. In eo eſt oppidũ Cenchreę fanum Neptuni, ludi, quos Iſthmicos vocãt, celebres. Corinthos, olim clara opibus, pòſt clade notior, nunc Romana colonia, ex ſumma arce, quã Acrocorinthon appellãt, maria vtraque contuens. Peloponneſi orã (ſicut diximus) ſinus & promontoria lacerant: ab oriente, Bucephalos & Cherſoneſus, & Scilleon: ad meridiẽ, Malea Tęnaros, Acritas Ichthys: ad veſperũ, Chelonates & Araxos. Habitant ab Iſthmo ad Scylleon Epidaurij, Æſculapij tẽplo inclyti, & Troezenij, fide ſocietatis Atticæ illuſtres. Portus Saronicus, & Schenitas & Pagonus. Oppida autem Epidaurus, & Troezẽ, & Hermiona his littoribus appoſita ſunt. Inter Scylleon & Maleã Argolicus, inter hãc & Tænaron Laconicus: hinc ad Acritam Aſinęus inde ad Ichthyn Cypariſſius. In argolico ſunt noti amnes Eraſinus, atque Inachus, & notum oppidũ Lerne: in Laconico Gythius, & Eurothas: in ipſo Tænaro Neptuni templũ, & ſpecus, illi quem in ponto Acheruſiũ diximus facie & fabula ſimilis: in Aſinęo flumẽ Pamiſſũ, in Cypariſſio Alpheus. nomen dedere vrbes in littore ſitæ: hinc Cypariſſus,

riſſus, illinc Aſine. Meſſenij, Pyliíque terras colunt & ipſa pelago Pylos adiacet. Cyllene, Callipolis, Patræ oram illã tenent, in quam Chelonates, & Araxos excurrunt: ſed Cyllene, quòd Mercurium ibi natum arbitrãtur, inſignis. Rhion deinde) maris id nomen eſt) anguſtè & velut freto lacus ore frequenti incidens, inter Ætolos, & Peloponneſiacos vſque ad Iſthmon irrũpit. In eo ad ſeptentrionem ſpectare littora incipiunt. In his eſt Ægió & Ægira, & Oluros, & Sicyon: at in aduerſis Pagæ Creuſis, Anticyra, Oeanthia, Cyrrha, & notior aliquanto nomine Calidon, & Euenos. Extrà Rhió. in Acarnania maxime clara ſunt oppidũ Leucas, flumen Achelous. In Epiro nihil Ambracio ſinu nobilius eſt: facit ſinus qui anguſtis faucibus, & quę minus mille paſſibus pateant, grande pelagus admittit: faciunt vrbes quę aſſidunt, Actium, Argi Amphilochij, Ambracia, Æacidarum regia Pyrrhíque Butroton vltrà eſt. deinde Ceraunii montes, ab iis flexus in Adriam. hoc mare magno ſeceſſu littorum acceptũ, & vaſtè quidem in latitudinẽ patens, quà penetrat tamen vaſtius, Illyricis vſque Tergeſtum, cætera Gallicis, Italiſque gentibus cingitur. Parthini, & Daſſaretæ, prima eius tenet, ſequentia paulatim Encheleæ, Phęaces: deinde ſunt quos propriè Illyricos vocant: tum Pyrei, & Liburni, & Iſtria. vrbium prima eſt Oricum, ſecunda Dyrrhachium, Epidamnos antè erat, Romani nomen mutauere, quia velut in damnum

ituris

ituris, omen id viſum eſt. Vltrà ſunt Apollonia, Salona, Iadera, Narona, Tragurium, ſinus Polaticus, & Pola, quondam à Colchis (vt ferũt) habitata (in quantum res tranſeunt) nunc Romana colonia. Amnes autem Æas & Nar, & Danubius, qui iam dictus eſt Iſter: ſed Æas ſecundũ Apolloniam, Nar inter Pyreos & Liburnos, per Iſtros Iſter emittitur. Tergeſtum intimo in ſinu Adriȩ ſitum finit Illyricum.

## *ANNOTATIONES In Caput III.*

Macedonia, tum Macedonum populi, quot vrbes habitant] *Macedonia antea dicta fuit AEmathia, ſunt qui dicant, fuiſſe in Macedonia centũ & quinquaginta populos, de quibus antequàm dicam, quædam prædicturus ſum. Non enim poßum non mirari cur Pomponius confuderit Macedoniam cum Græcia, habet Macedonia ſuos populos & Græcia ſuos, diſtinctæ nanque ſunt regiones, habet Græcia Atticam, Corinthiacam, laconicam, Meſſanicam, Eliacorum priorem, Eliacorum poſteriorem, Achaicam, Archadicam, Bœoticam, Phocicam, Et Macedonia ſuas quoque, Stymphalicam, Pelagiſcam, Theſſalicam, Magneſiã, Phthiotim, Lapithiam, Sinticiam, & alias multas. quî ergo fit, quod hæ regiones quæ montibus & mari ſunt diſtinctæ, ita permiſceantur? Deſinam ipſe mirari ſi narrauero bona fide, quare hoc fecerit Mela, cum enim ille hunc breuißimum libellum ſcriberet, ſtudioſus inſtituti ſui quod in procemio ſuo dixerat ſe ſtrictim ſcripturum, voluit vno & eodem capite & Macedoniam & Græciam coniungere, tum ob vicinatem tum etiam ob communionẽ linguæ, neque ignorabat ille eſſe Macedoniam & Græciam regiones diſtinctas.*
Quarum maxima Pellam maxime illuſtrem alumni efficiunt, Philippus Græciæ domitor, Alexander etiam Aſiæ] *Pella fuit metropolis Macedonum, Philippi & Alexandri*

Q

*filij patria.* In littore flexus Mecybernæus inter promontoria diuidit Canaſtreũ, & portum, qui copos dicitur] *flexus ille eſt ſinus Thermatius maximus omnium eorum, qui ſunt in Macedonia. Canaſtreum promontorium nunc dicitur Caniſtro, & oppidum ibi Canaſtreum,* In eum Axius per Macedonas, etiam per Theſſalos Peneus excurrit] *ambo fluuij in ſinum Mecyberneum.i. Thermaticum excurrunt.* Ante Axium Theſſalonicæ eſt] *Theſſalonicæ nunc Saloniqua dicitur, ſiue ſalonich patria Theodori Gazæ.* Inter vtrumque, Caſſandria, Cydna, Aloros, Derris] *inter vtrumque fluuium Axium & Peneum, Caſſandria nomen retinet, olim dicta Potidæa,* Tempe] *nemora ſunt iocundiſsima.* Hic libethra carminúmque fontes obiacent] *de libethris. Strabo ita habet, qui libethriadum Nympharũ antrum conſecrarunt, & qui priſcæ muſæ curam ſtudiúmque dederunt, Thraces fuiſſe perhibentur.*

## Diſtinctio Macedoniæ & Græciæ.

*Dictum eſt de Macedonia, nunc reſtat Græciam deſcribere.* Tum inquit iam vaſte & multum prominens Gręcia] *duobus in locis in Sunio promontorio & in Peloponneſo Sunium hodie vocatur cabo de la Columba.* Qua ſol oritur Ægeis, qua occidit Ioniis fluctibus obiacet] *ab oriente Græcia habet AEgeum mare ab Occidente vero Ionicum, dicam aperte, Mare AEgeum protenditur ab Helleſponto vſque ad ſinum megaricũ in Peloponneſo, & à ſinu megarico vſque ad ſinum Corinthiacum & inde ad fauces Adriatici maris eſt* Ionium. Grandi fronte] *id eſt, ad ſunium promontorium,* Mox mari vtroque] *id eſt, AEgeo & Ionio.* Sed Ionio magis latera eius intrante] *in ſinu Corinthiaco, nam ſinus Corinthiacus eſt longior multo ſinu megarico, longitudo enim ſinus Corinthiaci eſt quinque millium paſſuum.* Pelopõneſos] *id eſt, Pelopis inſula, nunc la morea.* In Macedonia prima eſt Theſſalia, Deinde Magneſia, & Phthiotis] *poſteaquàm recenſuit, Mela oppida Macedoniæ, nunc conuertit ſe ad præcipuas illius regionis, & inde Græciæ quoque præſtantiores,* Theſſalia] *Theſſalia regio eſt. Celebris Mace-*

*doniæ,*

*doniæ, valet ameniſsimis montibus, fluuiis, Nemoribus ac ortis, tanta fuit eius fertilitas, vt omnibus poëtis dederit amplam occaſionẽ mentiendi & fabulandi, fontes habet ameniſsimos.* Magneſia] *Magneſia fontibus quoque valet, oppida habet perquã multa, & illa celeberrima.* Phthiotis] *opulenta & antiquorum fabulis illuſtris.* In Græcia Doris locris, phocis, Boeotis, Attis, Megaris, ſed omnium Attis clariſsima] *pergit ad Græciam, & eius regiones.* In Pelopõneſo Argolis, Laconice, Meſſenia, Achaia, Elis, Arcadia: vltra Ætolia, Acarnania, Epiros vſque in Adriam] *Græciæ regiones nunc complectitur & exponit vſque ad Epirum.* Doris inquit] *Doris non eſt in numero regionum Græciæ ex Pauſania. Dores ex Peloponneſo originem ducunt,* Locris] *Locrenſes diuidũtur in Locrenſes. Hypocnemidij & opuntios, opuntij verſus Orientẽ Epicnemidij verſus Occidentem, hij ſunt qui iuxta Parnaſum montem habitãt.* Phocis] *Phocis à Phoco, ornytionis filio nomen ſumpſit, Maritima eſt,* Bœotis] *à Boeoto Amphictionis filio nomen accepit, vrbs maxima eorum Plateæ,* Attis] *in hac regione Acteus prius regnauit & propterea Actea dicta eſt, inde Attica Actæo ſucceſsit Cecrops, cui etiam alij reges.* Megaris] *à Megara eorum vrbe, quàm cõdiderunt Dorienſes, dicta antea Hybla.*

## De regionibus Peloponneſi.

In Pelonneſo Argolis, Laconice, Meſſenia, Achaïa, Elis, Arcadia, vltra Ætolia, Acarnania. Epiros vſque in Adriã Argoli] *Argolis ſiue Argos, dicebatur tota Peloponneſus antea, iam eſt regio ad Orientem ſeparata,* Laconice] *in Laconica regnauit prius lelege indigena & propterea poſtea dicti ſunt Leleges populi,* Meſſenia] *ab vxore Polycaonis laconicorũ regis vocata Meſſem.* Achaia] *Priſco nomine dicta AEgialus & incolæ AEgialenſes nominati, ab AEgialeo Sicyoniæ rege, appellata poſtea Achaia, ab Acheo Xuthi filio.* Elis] *ab Eleo Endymionis filio, alij dicunt Neptuni* Arcadia] *ab arcas Calliſtus filio illius regionis rege nomen deduxit.* Ætolia] *ab AEtolo Endymionis filio,* Acarnania] *ab Acarnane Alcmeonis filio.* Epirus] *Moloſs ia,*

*Chaonia antea dicta.* De locis atque vrbibus quàm mare non abluit hæc maxime memoranda ſunt] *Regiones tam Macedoniæ quàm Græciæ deſcrpſit nobis Mela & oppida earum maritima, nunc vero mediterranea oppida deſcripturus eſt.* In Theſſalia Lariſſa] *Lariſſa Achillis patria.* In Magneſia Antronia] *Antron ab aliis dictum oppidum.* In Phthiotide, Phthia. *Iuxta Penæum fluuium.* In Doride Pindus] *& nomen montis & oppidi & fluuij.* In Bœotia Thebæ] *Thebæ Bœotiæ commendantur à Thucydide,* Et Cythœron Fabulis carminibuſque Celeberrimus] *Cythœron mons in Bœotia, vnde Venus Cytherea,* Et Clariores quàm vt indicari egeant Athenæ] *Athenæ nunc vicus & caſtrũ quoddam hodie dicuntur Sethine.* Lacedemon] *alio nomine Sparta oppidum præcipuũ apud Lacedemonas.* In Megaride vnde regioni nomẽ eſt Megara] *ab Heraclidis cõdita ſeu ſi mauis inſtaurata nũc dicta Alcatoe,* In Argolide Argos] *à Ciſſo Altamenis patre ædificata.* Mycenæ] *à Perſeo Danaes filio erectæ. regia fuit oppidum illud Agamemnonis.* In Laconide Terapne, Lacedemon, Amycle mons Taygetus] *Lacedemon, olim ſparta nunc Myſiſtrat. à Lacedemone Iouis & Taygetis filio condita, ex hoc oppido vt aiunt fuit rapta Helena.* In Meſſenia, Meſſene & Methone] *Meſſene hodie Miſſetia, Methone hodie Modon.* In Achaia atque Elide] *piſæ Abonomao inſtauratæ.* Arcadiam Peloponneſiacæ gentes vndique incingunt, in ea ſunt vrbes Pſophis, Tenea &. orchomenon, Montes Pholoe, Cyllenius, Parthenius, Mænalus, flumina, Erymanthus, & ladon] *Pſophis à Pſophi de lycaonis filio dicta.* Tenea] *Teneam oppidum nuſquã inuenio, apud omnes lego Tegeam oppidũ inſigne Ptolemæo, & antea Straboni, Plinio & poſtea Pauſaniæ in arcadicis propterea lege Tegea,* Orchomenon] *Methydrion lycaonis filius condidit,* Montes Pholoe] *ab Pholeo habitatore,* Cyllenius] *Elatus filius Arcadi montem Cyllenum obtinuit nomen iſtud tunc non erat huic monti inditum, Sed cum poſtea Elatus haberet quinque filios quorũ vnus vocabatur Cyllenus, ab eo nomen mons accepit.* Parthenius] *mõs ab equa quadam nomine Parthenia erat enim equa cuiuſdam Mar macris nomine* Menalus] *dictum ſatis eſt ante hunc locum,* Ery-

manthus & ladon] *Erymanthus & mons & fluuius , Ladon quoque.* Naupactos] *nunc Lepanto, à compingendis nauibus* Acarnania] *ab Acarnane Alcmeonis filio.* A promontorio Sepiade] *Promontoriũ hoc eſt in Magneſia,* Et quia Myniæ Colchida inde Argonaucm ſoluere memoratur] *In primis hæc eſt inemendata locutio, præterea ad perfectum ſenſum aliquid deeſſe videtur, quod ſi voles emendare, ita leges , & quia Minyas Colchida petentes inde Argonauem ſoluere memoratur: vel melius & quia Minyas Colchida petentes inde Argonauem ſoluiſſe memoratur, iam nulla eſt perfecta ſententia, ſi nihil aliud addideris, nam poſt memoratur, debet aliquid addi quod poßit reſpondere illi cauſali, quia quare iudicio meo debet addi vel celebris, vel inclyta.* Ab eo ad Sunium tendentibus illa præ nauiganda Maliacus & opuntius grãdes ſinus] *Sunium hodie cabo de la columba,* Maliacus] *à Malieo oppido apud Stephanũ* Opuntius] *ab Opunte.* Thermopyle] *mons eſt præ longus ex Herodoto ad leucadem protenſus, ibi ſunt portæ anguſtæ. quas oportet eos , qui ex Macedonia in Græciam veniunt tranſgredi , ibi enim ſunt Scaturientes aquæ calidæ ,* Scarphia] *in excelſa parte Thermopylarum in vertice diceres* Marathon] *oppidum in Attica multis nominibus illuſtre.* Corinthos] *nunc Coranto clara olim opibus, vnde vaſa Corinthiaca,* Clade notior] *deleuit eam. L. Opimius,* Maria vtraque] *Ionium & Ægeum.* Scilleon] *hodie Damala promontorium,* Malea] *promontorium noſtro ſeculo caput Maluaſiæ.* Tenaros] *nunc Ereapolis.* Epidaurij] *eſt & oppidum , Epidaurus hodie Limera.* Inter Scylleon & Maleam argolicus] *Iam loquitur de ſinibus, argolico , laconico , Aſinæo , Cypariſio.* Patræ oram illam tenent] *nunc Patras,* Rhion] *fauces ſinus Corinthiaci vſque ad Iſthmum, & etiam eſt nomen promontorij, quod anguſtum mare fauces illas facit.* In his eſt Ægion & Ægyra & Oluros] *hæc & alia oppida interciderunt.* Leucas] *hodie leucates.* Actium] *acte poſtea dicta,* Ambracia] *ciuitas nobilißima Epiri, noſtro ſeculo dicta larta.* Ab his flexus in Adriam]. *i. in mare Adriaticũ alio nomine ſuperũ dictũ.* Illyricis vſque Tergeſtum] *Illyrici hodie Sclauones ſiue Sclaui ,* Tergeſtum] *nunc Trieſte.* Gallicis] *Ciſalpinis qui & togati vocantur.* Italis] *Itali*

*noti ſunt, dicam ſequenti capite.* Liburni] *interiora tenent inter Dalmatas & Veros, Illyricos.* Iſtria]*regio verſus* Septentrionem *ad venetias.* Dyrrachium] *hodie Durazo in ea parte Macedoniæ, quæ ad Adriaticũ eſt.* Apollonia]*la velona hodie.* Salona] *nomen retinet in Dalmatia.* Iadera] *Zara noſtris temporibus.* Narona]*Narẽta hodie.* Epidaurus] *Raguſa hodie non illa noua, ſed vetus.* Pola]*nomen retinet notiſſima ciuitas.* In quantũ res tranſeunt]*.i. vt ſunt rerum vices, rerum euentus, & viciſſitudines.* Nar]*fluuius Narcuta, De danubio dixi, & quod dicit.* Mela per iſtros iſter emittitur] *haud dubie per Iſtrum intelligit Danubium quod certe falſum eſt, nam Danubius non fluit per Iſtriã multum enim diſtat Danubius ab Iſtria Præterea Danubius non vocatur Iſter niſi in Valachia propè Pontum, Nec dubium eſt poëtas fabulatos fuiſſe ex Danubio egredi fluuium iſtrum dictum qui totam interfluerit iſtriam vſque ad* Sinum *Adriaticum,* Strabonis *verba libro primo libet recenſere, aduerſus Hipparchum ita ille habet, At iſter à propinquis Ponto partibus nequaquam habet originem, ſed contra à montibus ſupra Adriaticum, neque in vtrũque mare defluit, verum in Pontum dum taxat, & in ipſa ſola diuiditur oſtia, communem is quidem cum nonnullis ante illum ignorãtiam habuit qui fluuium quendam iſtro cognominem eſſe arbitrati ſunt, qui ab eo diuiſus irrumpat in Adriam, à quo & natio Iſtra perquam defertur appellationem aſſumpſit. hæc Strabo.*

## Corollarium.

*Inter eas regiones quæ maxime deplorãdæ ab omnibus ſunt Chriſtianis, pars Thraciæ & vniuerſa Macedonia vna cum Græcia haud dubie à nobis ſunt deplorandæ, cum & audiamus & videamus has regiones quæ olim ſedes erant imperatorum chriſtianorum, in quibus Chriſtus maxime colebatur, nunc quod valde dolendum eſt, à Mahumetanis canibus conculcari, & nomen chriſti ludibrio haberi. qui fuerint in cauſa non dicam, tantum hoc aſcribam delictis noſtris, quibus in dies deũ offendimus, neque tot calamitatibus alijs impendentibus occurrere volumus. non dubito chriſtum ipſum exauditurum precationes noſtras, ſi ad ſanctiorem vitam reuocati reſi-*

*reſipiſceremus, hæc dixi, quoniam nullæ erant regiones vel illuſtriores & fertiliores in vniuerſo Chriſtianiſmo his tribus, nullæ ditiores & magnificentiores, denique nullæ preter iſtas omnibus rebus ornatiores, vt exordium à ſeptentrionali parte Thraciæ incipiam ab oſtiis videlicet Danubij vſque ad Bizantium Bulgaria fuit & pars, Myſiæ inferioris Chriſtianiſſima & abundantiſſima, hæc eſt illa Bulgaria, quæ Theophi lactum virum ſanctiſsimum atque doctiſsimum habuit archiepiſcopum, Patriarchæ ſiue Pontifici Conſtantinopolitano ſubiectum. Conſtantinopolis princeps Thraciæ & circumuicina regio vſque ad Helleſpontũ olim triumphauit, quot legimus archiepiſcopos fuiſſe & patriarchas Cõſtantinopolitanos? quot imperatores Chriſtianos potentiſsimos? certe Innumeros. totus enim ille tractus terræ eſt hodie quoque fertiliſsimus. De vtraque Myſia narrauit mihi Cornelius Schepperius qui eas duas Myſias peragrauit eſſe illas fertiliſsimas & fuiſſe olim in illis ciuitates magnificè ædificatas, nunc vero redactas ad domunculas quaſdam ſiue Tuguria, viſuntur hodie ab iis, qui in Conſtantinopolim per terrã ex Raguſa iter faciunt veſtigia ſiue reliquiæ opulẽtiſsimorum ædificiorum. idem confirmauit mihi Gerardus Vvelnichius, qui etiam nomine Caroli Quinti Cæſaris illuc præteritis annis profectus fuit. ab Helleſponto vſque ad Neſtum fluuium, ſiue ad Strymona parum refert multa ſunt iam deleta, quæ olim maximum præbebant ſpectaculum tota hæc regio eſt iam ſub Turcica ditione. De Macedonia & Græcia non dicam quando ex pleriſque aliis ſcriptoribus quiuis colligere poteſt.*

## Italie. Cap. 4.

DE Italia magis, quia ordo exigit, quàm quia monſtrari eget, pauca dicentur: nota ſunt omnia. Ab Alpibus incipit in altum excedere, atque vt procedit, mediam ſe perpetuo Apennini montis iugo attollens, inter Adriaticum & Thuſcum, ſiue (vt aliter eadem appellantur,

pellãtur)inter Superum mare & Inferum excurrit,diu ſolida. Verùm vbi longè abit, in duo cornua ſcinditur,reſpicítque altero Siculum pelagus altero Ionium,tota anguſta, & alicubi multò quã vnde cœpit anguſtior. Interiora eius aliæ aliçque gentes habitant. Siniſtra parte Carni & Veneti colunt Togatam Galliam. Tum Italici populi,Picẽtes,Frentani,Dauni, Appuli, Calabri, Salentini. Ad dextram ſunt ſub Alpibus Ligures,ſub Apennino Hetruria. Poſt Latium Volſci,Campani, & ſuper Lucaniam Brutii. Vrbium quæ procul à mari habitantur opulentiſſimæ ſunt,ad ſiniſtram Patauium Antenoris,Mutina & Bononia Romanorum coloniæ:ad dextram,Capua à Thuſcis,& Roma quondam à paſtoribus condita : nunc ſi pro materia dicatur,alterum opus. At in oris proxima eſt à Tergeſte Concordia. Interfluit Timauus,nouem capitibus exurgens,vno oſtio emiſſus. Deinde Natiſo non longé à mari ditem attingit Aquileiam:vltrà eſt Altinũ. Superiora latè occupat littora Padus nanque ab imis radicibus. Veſuli montis exortus paruis ſe primùm fontibus colligit, & aliquatenus exilis ac macer : mox aliis amnibus adeó augeſcit atque alitur,vt ſe per ſeptem ad poſtremum oſtia effundat. Vnum de iis magnum Padum appellant:inde tam ſitus proſilit, vt diſcuſſis fluctib⁹ diu qualem emiſit vndam agat ,ſuúmque etiam in mari alueum ſeruet,donec eum ex aduerſo littore Iſtriç eodem impetu profluẽs, Iſter am-

nis excipiat. Hac re per ea loca nauigantibus, quà vtrinque amnes eunt, inter marinas aquas dulciū hauſtus eſt. A Pado ad Anconam tranſitur Rauenna, Ariminū, Piſaurum, Faneſtris colonia, flumen Metaurus, atque Eſis, & illa in anguſto illorū duorum promontoriorum ex diuerſo coëuntium, inflexi cubiti imagine ſedens, ac ideo à Graiis dicta Ancona, inter Gallicas Italicáſque gẽtes quaſi terminus intereſt. Hanc enim pręgreſſos Piceni littora excipiunt, in quibus Numana, Potentia, Claterna, Cupra vrbes: caſtella autem, Firmum, Adria, Truentum: id à fluuio, qui prętererit, nomen eſt. Ab eo Senogallia maritima, ad Aterni fluminis oſtia. Vrbes Bucara & Hiſtonium. Dauni autem Tifernum amnem, Cliterniam, Lucrinum, Theanū, oppida, montémque Garganum. Sinus eſt continuò Apulo littore incinctus, nomine Vrias, modicus ſpacio, pleraque aſper acceſſu. Extrà, Sypuntum, vel, vt Graij dixere, Sipyus, & flumen quod Canuſium attingens, Aufidū appellãt. Pòſt Bariū, Egnatia, & Ennio ciue nobiles Rudiæ: & in Calabria Brunduſium, Valetiū, Lupiæ, Hydrus mons, tum & Salentini campi, & Salentina littora, & vrbs Graia Callipolis. Hucuſque Adria, hucuſque Italię latus alterum pertinet. Frons eius in duo quidem ſe cornua (ſicut ſupra diximus) ſcindit. Cæterum mare, quod inter vtraq; admiſit, tenuibus promõtoriis ſemel iterũque diſtinguens, non vno margine circuit, nec diffuſum paténſque, ſed per ſinus

recipit. Primus Tarentinus, dicitur, inter promõtoria Salen & Laciniũ, in eóq; ſunt Tarentus, Metapontũ, Heraclea, Croto, Turiũ. Secundus Scyllaceus, inter promontoria Lacinium, & Zephyriũ, in quo eſt Petilia, Cœcinũ, Scyllaceũ, Miſtræ. Tertius inter Zephyrium & Brutium, Conſilinũ, Cauloniã, Locroſque circundat. In Brutio ſunt, Colũna regia, Rhegyum, Scylla, Taurianũ, & Metaurum. Hinc in Tuſcũ mare deflexus eſt, & eiuſdem terræ latus alterum Terina, Hippo nunc Vibon, Temeſa, Clampetia, Blanda, Buxentum, Velia, Palinurus, olim Phrygij gubernatoris, nunc loci nomen: Pæſtanus ſinus, Pæſtum oppidum, Silarus amnis, Picentia, Petræ, quas Sirenes habitauere. Mineruę promontorium, opima Lucaniæ loca, ſinus Puteolanus, Surrentum, Herculaneum, Veſuuij mõtis aſpectus, Põpeij, Neapolis, Puteoli, lacus Lucrinus & Auernus, Baiæ, Miſſenum, id nunc loci aliquando Phrygij militis nomen: Cumæ, Linternum, Vulturnus amnis, Vulturnũ oppidum, amœna Cãpaniæ littora, Sinueſſa, Liris, Minturnæ, Formię, Fundi, Tarracina, Circes domus, aliquando Circeii, Antium, Aphrodiſium, Ardea, Laurentum. Oſtia citra Tyberim in hoc latere ſunt. Vltrà Pyrgi, Anio, Caſtrum nouum, Grauiſcę, Coſſa, Telamõ, Populonia, Cecina, Piſę, Hetruſca, & loca & nomina. Deinde Luna, Ligurum & Liguria, & Genua, Sabbatia, & Albiga unum. Tum Paulon, & Varum flumina, vtraque ab Alpibus

bus delapſa:ſed Varum,quia Italiam finit,aliquã-to notius. Alpes ipſę ab iis littoribus longè latéq; diffuſę, primo ad ſeptẽtrionem magno gradu ex-currunt: deindevbi Germaniam attigerunt,ver-ſo impetu in orientẽ abeunt, direptíſque populis immanibus,vſque in Thraciam penetrant.

## ANNOTATIONES
### In Caput. IIII.

De Italia magis quia ordò exigit, quàm quia mon-ſtrari eget pauca dicentur, nota ſunt omnia] *Pomponius pergit iam in ſua littorali deſcriptione, nam hoc pollicitus fuit in procemio, & certe in ordine littorali poſt Dalmatiam illyrios & lyburnos. & Iſtros ſequitur Italia,* Ab alpibus incipit in altũ excedere] *Non ab re erit huc ad ferre, quæ de Alpibus ſcripſit Paulus Iouius, neminem enim fraudare volo ſuis ſudoribus & merita gloria, verba eius hoc modo habent, Carnicæ Alpes ab Arſia flumine, qui e carnicis iugis Adriaticũ petit ad vada Sab-batia liguſtici littoris protenduntur. Primæ Alpes poſt carnicas ab ortu in occaſum tendentibus, Iuliæ occurrunt, quæ à Taruiſio iuxta Anaxum flumen. per bellunum & Feltrium in Noricum Au-ſtriámque perducunt. ſecundum eas ſunt rheticæ, quibus à Tridento per montis Cremeris clementia iuga in vindeliciam & loca ad oe-num amnem Hiſpurcho oppido proxima penetratur. His aliæ rhe-ticæ ſuccedunt, quæ ab Lario lacu per volturenam vallem ſupra Abduæ fontes & Burnias aquas celſiſſimum Abduæ montis cul-men habent, quod hodie Mongraium vocant. Subiiciuntur ſtatim dorſo ab Germaniæ parte. S. Petri vicus & à dextris Maranum atque Bolzamum oppida, nundinarum conuentu nobilia. Suntque alij quoque aditus ſecundum abduam montem, qui ad Lepontios Rhætoſque pertinent, eæ gentes hodie Griſoni vocabulo barbaro nuncupantur, ſocietate Heluetiorũ clari, & poſſeſſione ſex valliũ, vt alio loco memorauimus, cum multo pecore & lactis copia abun*

*dent alpinarum gentium altiſsimi, id vero inter cætera frequentiſſimum eſt iter, quod ab eodem Lario per Clauennam munitiſsimū oppidum, & ſolium Bregariorum ad curiam Rhætiarum perducit, duobus tramitibus ſepta. ſ. et Spluga, vbi columna Iulij Cæſaris hodie videtur, has alpes lepontias eſſe credimus, Rheni amnis origine illuſtres, nam Rhenus in proxima valle caput tollit, quam etiam nunc veteri nomine Lepontinam appellant, ad minores Lepontiæ, quibus à Bellizona, quæ oppidū villitionis, vt quibuſdam videtur antiquitus fuit, per Ticini amnis vallem, Torſanum primum Heluetiorum oppidum aditur, Non magno ab iis interuallo diſtant æquitate viarum ac montium cæteris Alpibus Leniores, niſi editiſsimum diui Gotardi iugum, & profundiſsima vallis, quam cum tremulo ponte infernam vocant, vno tantum vel altero in loco maximam cum ſummo timore tranſeuntibus difficultatem præberent patent quoque eædem. Alpes ſupra verbanum lacum ad Domoſulam oppidum, quod ipſis faucibus & profluentis Ogoniæ ripis ædificatum Ludouicus Sfortia patrum noſtrorum memoria & cede Sedunorum, & maximis operibus nobilitauit. Hactenus Iouius, Ego in meis annotatiunculis prioribus in hūc modum ſcripſeram. Alpes nos in quatuor itinera diſtribuimus, primū verſus Septentrionem, & dicitur mons.* S. Gothardi, *ſecundum verſus Meridiem, & dicitur mons.* S. Bernardi, *Tertiū etiam verſus Meridiem, & dicitur mons, S. Dionyſii, nunc Sanſenis. Quartum etiam verſus Meridiem & dicitur Pœninus.* Apennini] *mons eſt Apenninus diuidens per medium totam Italiam,* In duo cornua] *in duo promōtoria, alterum Saletinorum, alterū dictum Leucopetra.* Vnde cœpit] *.i. ex Alpibus.* Siniſtra parte Carni & Veneti colunt togatam Galliam] *Carni, ſunt populi in ramento Alpium ſunt omnes lingua ſclaui ſub iugo Ferdinandi regis Romanorum, diuiditur hæc regio in duplicem Carmolam, alteram ſiccam, in qua ſunt Iſtri, alteram irriguam, vnde Sauus fluuius ortum habet. Veneti in intimo ſinu maris Adriatici ſunt, qui vt diximus la canal de Venetia, vocatur vel el Golfo de Venetia. Galli olim dicti Togati, à toga veſte talari qua etiamnum hodie vtuntur veneti ea regio vſque ad Rubiconem fluuium vocatur la marcha Treuiſana ibi eſt ciuitas venetorum magnis ac multis no-*

*minibus*

*minibus illuſtriſsima, cuius amplitudinem ſi quis cupierit ſcire, legat Bembum ac Sabellicum,* Tunc Italici populi] *à Rubicone vſque ad promontorium Salentinorum, quod nunc dicitur caput. S. Mariæ.* Picentes] *hodie Marcha de Ancona.* Frentani] *nunc Franca villa.* Dauni] *Syponto. Manfredonia, Mons Garganus S. Angelo,* Apulli] *nomen retinent Lapulla hodie,* Calabri nomen retinent] *nunc Calabria.* Salentini] *nũc Salen.* Ligures] *nunc* Genoueſi. Hetruria] *nunc la Toſcana.* Latium Latni] *ad Romam.* Campani] *Campania regio nomen retinet, & eſt initium regni Neopolitani.* Brutij] *nomen habent, vbi Coſentia Calabrorum.* Patauium] *nunc Padua in Marchia Treuiſana, ciuitas eſt ſubiecta Venetis & florentiſsima multis ac doctiſsimis viris ornata.* Mutina] *nũc Modena.* Bononia] *nũc Bologna la Graſſa.* Capua] *nomen retinet in Campania.* Si pro materia] *id eſt, ſi habeatur ratio magnitudinis Romanæ & triumphorum.* Alterũ opus] *id eſt, nemo eſt, qui credat vrbem Romam conditam eſſe à paſtoribus tam eſt ornata ædificiis magnificis & tam potens.* Tergeſtę] *nunc Trieſte.* Concordia] *non extat.* Timauus] *nomen eſt fluuij & fontis.* Natiſo] *& fluuius nunc Liſontio,* Aquileia] *retinet nomen,* Altinum] *hodie Torcello,* Padus] *nunc el Po fluuius.* Iſter amnis excipiat] *dixi eſſe fabulam, quæ de Iſtro dicuntnr.* A Pado ad Anconam tranſitur Rauena] *id eſt per Rauenam nomen retinet,* ſed cum ſequitur Ariminum Piſaurum] *illi accuſatiui reguntur ab illa præpoſitione, ad, vt ita intelligatur ad Anconam, ad Ariminum ad Piſaurũ.* Piſaurum] *nunc Peſaro.* Ariminum] *hodie Rimino,* Metaurus] *noſtro ſeculo Plumba fluuius.* Ancona] *nomen retinet,* Inter Gallicas Italiquaſque gentes] *Ancona terminus eſt Galliæ Ciſalpinæ & Italiæ.* Numana] *deleta non extat.* Potentia] *vbi nunc eſt ſacellum diuæ Mariæ Lauretanæ nũc Loreto.* Cliterna] *nunc Flauianeo.* Firmum] *nunc Fermo.* Adria] *deleta non extat inde dicebatur mare Adriaticum.* Truentum] *fluuius & oppidum, nunc Tronto.* Ab eo Senogallia maritima] *à Senonibus Gallis dicta vbi Senones multa oppida erexerunt.* Aternus] *fluuius eſt dictus Peſcaria.* Senogallia] *nunc la Romandiola.* Hiſtonium] *hodie Guaſto.* Tifernus amnis] *hoc tempore Biſano.* Teano] *nomen*

*retinet Tiano.* Garganum] *nunc Santangelo.* Sypuntum] *hodie Syponto.* Aufidus] *La fante vulgo fluuius eſt.* Barium] *nunc Bari.* Egnatia] *Iuuenatia hoc tempore dicta*, Rudiæ *non extant*, Brunduſium] *nunc Brindes.* Lupiæ] *Lezo.* Hydrus mons tum & Salentini] *locus eſt corruptus legendum eſt Hydrumtum, nam illud. M. dictionis mons debet addi Hydru, & dicetur Hydrum, poſtea debebit coniungi, tum, cum* Hydrum *& erit* H*idrumtum, nunc Otrento.* Primus Tarentinus] *hodie Taranto* Metapontum] *Pelicor nunc*, Croton] *nomen retinet.* Scylace⁹ *intellige & ſinum & oppidū.* Lacinium] *vulgo caput Colombæ cabo de Colōbe.* Zephyrium] *nunc caput Solis, cabo de Sole, iſta ſunt promontoria*, Brutium] *nunc cabo de Siglio*, Regium] *nunc Rezo.* Metaurum] *Teriana hodie.* Buxentum] *nunc Belueder.* Pæſtum] *vulgo Polycaſtro.* Minerue] *noſtro tempore caput Mineruæ ſiue cabo dala Minerua*, Surrentum] *nomē retinet.* Puteoli] *nunc Puzoli.* Neapolis] *nomen retinet*, Vvlturnus] *fluuius. nunc vilturno.* Sinueſſa] *nunc ſeſſa.* Liris fluuius] *nunc el Garillano.* Minturnæ] *nunc Caſtellū, vulgo Traiectū*, Formiæ] *nunc Nola.* Fundi] *nomen retinet.* Tarracinæ] *nūc nomē retinet.* Circeii] *nunc Cercelli.* Oſtia] *oppidum & portus nomen retinet*, Pyrgi] *nunc ciuita vie Ia.* Caſtrum nouum] *nunc Corneto.* Grauiſcæ] *hodie Montalto.* Coſſa] *nunc Orbitello.* Populonia] *nūc Piūbino.* Ceſſina] *Ceſſena hodie.* Piſſæ] *nomen retinent.* Hetruſca] *Toſcana, hæc ſunt nomina populorum & oppidorum.* Luna] *portus & oppidum*, Liguria] *terra de Genoua*, Genua] *nomen retinet.* Sabatia] *hodie Saona*, Albigaunum] *nunc Arbenga.* Varus *fluuius noſtro tempore el var, iſte fluuius verſus Occidētem diuidit* Galliam *ab Italia*, Magno gradu] *vſque ad Adulam montem*, Direptiſque populis] *iuxta* Horicos, *Rhæticos, Vindelicos, Pannonios ſuperiores & inferiores, vſque ad Myſiam inferiorem.*

## APPENDIX.

*Italiam Alpes ſeparant à Gallia Tranſalpina, quæ à Cæſare diuiſa fuit in tres partes. Belgicam, Celticam, & Aquitanicam, & mons Apenninus, qui eſt ramentum* Alpium *totam ipſam Italiam*

diuidit

*diuidit vſque ad duo illa promontoria, alterum Salentinorum. alterum dictum Leucopetram. non aliter quam Atlas maior mons Africam & Taur⁹ Aſiam, Quare vero dicatur Adriaticum mare ſuperum & Thuſcum inferū ratio promptiſsima eſt, mare enim Adriaticum eſt magis ſeptentrionale, quem Thuſcum & in noſtro Hemiſphærio, quæ borealiora ſunt ſupra dicuntur eſſe, quæ vero minus πρὸς τὶ infera dicuntur. Italia in ortu ſuo lata eſt, ſed iuxta finē in regno Neapolitano valde anguſta. Ille tamen nodus mihi ſoluendus eſt nam videtur Mela ſecum pugnare. dixit enim ab Ancona verſus Meridiem vſque ad illa dicta promontoria ex altera parte Apennini Italiam eſſe. Nunc vero venetos & Carnos ait colere Togatam Galliam, Clarū eſt venetos non eſſe Italos et minus Carnos, cum ſint lōge remotiores, Iam ſi Carni & veneti colunt togatam Galliam, cum Togata Gallia non ſit Italia ſed potius Gallia Ciſalpina, quonam pacto Carni & veneti interiora Italiæ occupant. Haud dubie Mela hac in parte nihil quod ſit à veritate alienum dixit, nam vt demus Gallos Senones cum primum veniſſent in Italiam poſt expugnatam Romam vt veriſsimum eſt in reditu conſediſſe in ea parte Italiæ, quæ nunc Gallia Ciſalpina dicitur & ibi multas condidiſſe ciuitates & oppida, non propterea fatebimur eam partem non fuiſſe Italiā, non loquor de latio, non enim ea pars fuit Latij, ſed Italiæ, ne confundamus latium cum Italia, verum poſt erecta oppida illa à Gallis in ea regione, Galli ipſi totam illam regionem Galliam appellarunt, imo vnam partem vt dixi, Senogalliam, vnde poſtea Romani ipſi Galliam comatam & Ciſalpinam vocarunt, inde poſtea in ſuum priſtinum nomen reuocata fuit, & hodie Italia dicitur, quicquid ab Alpibus vſque ad illa duo promontoria regni Neapolitani protenditur ſiue ſiniſtra parte ſiue à dextra, Seculo Melæ adhuc retinebatur nomen & terminus veræ Italiæ, nam poſt illa verba, ſiniſtra parte Carni & veneti colunt Togatam Galliam, ſequitur, tum Italici populi, Picentes, incipit à Rubicone fluuio & Ancona, omnes enim populi iſti vel maxima pars eſt regni Neapolitani. Ait præterea Mela patauium procul eſſe à mari cum diſtet tātum vel paucis milliaribus, vocat eam Antenoris, & vt alij antenoriam, hæc ſunt Corollaria fabularum, quas antea prædixit.*

## Digreſsiuncula.

*Sed quia dixi de Patauio Antenoris troiani ( vt volunt ) & commentum ſiue additamentum fabuloſum exiſtimaui , libuit parum digredi . Ego vero neſcio vnde illa dementia vt honeſtius loquar quam amentia tot & tantorum virorum de omnibus diſciplinis bene meritorum ,tot dicam doctiſsimorum ac ſapientiſsimorum virorum cæcitate,qui omniam populorum Occidentalium Troianos primores & progenitores maluerunt , quam græcos.* Galli *aiunt ſe Originem duxiſſe à Troianis,*Germani *quoque,Itali perquam maxime.nam neſcio quæ fingunt de* Ænea, Angli *triumphant cũ dicũt ſe Originem traxiſsime à Troianis,denique miſera eſt regio & planè ignobilis & deiecta,quæ non ab Troianis habuerit Originem* Græci *cum iſtis expoſtularent hanc iniuriam,qui ferè omnia oppida in Aſia minore Cilicia Pamphylia Caria & Ionia ædificarunt qui linguæ græcæ copiam illis fecerint , qui malum omnes omnium nationum ortus ad Troianos referunt?an vero tanquam inuictos?nõ profectò,an magnæ potentiæ!minimè, quid quæſo fuit in cauſa,reſpondebo ipſe pro iſtis quoniam nulla fuit argumentum quod tantam anſam daret nugandi græcis de rebus* Troianis *, quibus nugis per motæ nationes* Troianos *ſe progeniæ maluerunt eſſe. His accedunt, quod regio* Troadis *vel parua fuit,potentia eorum pendebat ex auxilio aliarum regionum circum vicinarum,at* Græcorum *potentia abſque auxilio exterorũ erat ſuperba , decem integros annos oppugnarunt* Troiam *& tandem expugnarunt,dices proditionẽ, minime, nam ille equus plenus armatis danais,magis nugamẽtis eorum, qui hæc confinxerunt quam veritate plenus eſt . Præterea pro vno* Troiano He*ctore,aut alio quopiam dabo centum illuſtriſsimos imperatores exercituum Codrũ,* Themiſtoclem, Alcibiadem, Cymo*nidem,& alios ſexcentos,quos etiam referunt græci vt Pauſanias, Plutarchus & alij.in hæc omnia digreſſus fui propter Patauium Antenoris. Similæ quidpiam eſt illud venetorum,quos dicunt fuiſſe antea Enetos,& originẽ duxiſſe ex Paphlagoniis,bone deus qualia nugamenta:redeamus igitur vnde digreſsi ſumus.*

*Italia vera ab Ancona vſque ad promontorium Salentinũ & Zephyrium vltra Apenninum ad mare adriaticũ fuit in ſiniſtra eius parte fuit in dextra ad mare Thuſcum à zephyrio promontorio*

*vſque ad Varum fluuium ſeparantem Italiam à Gallia, reliquum intra Alpes & Apenninum verſus Occidentem & Septentrionē & partem maris Adriatici erit* Gallia *Ciſalpina, quæ rurſus diuidetur in Galliam Ciſpadanam & tranſpadanam, Ciſpadana erit inter Padum & Apenninum, Tranſpadana vero vltra Padum verſus Septentrionem vſque ad Alpes. In Ciſpadana eſt regio, quæ vocatur Romandiola, & alia, quæ via Flaminia appellatur, in ea* Gallia *ſunt præcipua oppida Bononia, quæ nūc Bolonna la graſſa appellatur Mutina. i. hodie Moneda, & Regium, nunc Rezo. Parma, et alia complura Oppida, quæ omnia recenſere lōgum eſſet. In Tranſalpina, Maximæ ciuitates, Venetiæ, Mediolanum, Padua, Cremona, Verona, Mantua, Vincentia, Papia ad Teſinum, Bergamo, & aliæ. Hæc regio dicta eſt* Gallia *Togata & Ciſalpina.*

## De Inſubria.

*Inſubria pars eſt* Galliæ *Ciſalpinæ nunc regio dicitur Pedemontana fertiliſſima eo nomine quod Sol reflexione radiorum ſuorū à iunctis montibus totam illam regionem viuificat, Metropolis eſt Taurinū, dictū vulgo Turin vbi ſolebat eſſe Academia in vtroq; iure celeberrima, Verſeli oppidum munitiſſimum, regio & oppidū Iurea, fertilitate maxima, Saluſſæ, Pegnerolo & alia multa oppidula memoratu digna, totam ferè hanc regionem habet Henricus ſecundus* Galliarū *rex inuictiſſimus, quam Pater eius Franciſcus Valeſius eius nominis primus* Galliarum *quoque rex expugnauit.*

## De Romandiola ſiue Romagna.

*A Rauena ad Marchiam Anconitanam vſque eſt Romandiola ſiue Romagna, in qua ſunt multa oppida inſignia, Rauēna, Riminum dictum olim Ariminum, Peſaro, Vrbino, Foroſembronium* Senogallia *regio & oppidum, Imola, & Ancona, pleraque ſunt alia quæ breuitatis gratia omittimus.*

## De Marchia Anconitana.

*Marchia Anconitana ab Ancona dicta, Pontificis eſt Maxi-*

*mi in ea ſunt Ancona, Numana, Macerata, Potentia, Tolentino, Borgonouo, Camerino, Vico aut Vigo, fermo, & alia ab Ancona in Conſtantinopolim eſt nauigatio ferè quottidiana, quod ſi voles iter per terram facere ex Ancona inuenies perpetuo, qui deducem te in Raguſiã, inde in Myſiã ſuperiorem & tãdem in Thraciam, vbi eſt Conſtantinopolis.*

## De toto illo tractu littorali qui eſt ab Ancona vſq; promontorium dictum Spartiuento.

*Totum illud littus, Adriaticum quod eſt ab Ancona vſque ad Caput de ſpartiuẽto, eſt pars regni Neapolitani, in quo ſunt regiones, quas prædiximus vrbes et oppida in Littore, Atri, San anzolo, Peſcara, Ortona,* Guaſto, *Tremole.* S. *Anzolo, Manfredonia, Siponto, Trani, Barleta, Giouinazo,* Bari. S. *Vito, Polignano, Monopoli, Vilanoua, Hiſtona,* Brindes, *Caſtro, Otrento, Cabo de Leuca, Cabo de ſancta Maria, Cabo de Colonne,* Gallipoli *oppidum Taranto.* Biſignano, *Crotona, Policaſtro,* Schillachio, *Cabo de Stillo, Ab eo loco vſque ad* Gaietã *eſt altera pars littoralis maris inferi regni Neapolitani, Cabo de* Braſiano, *Mamerto oppidum terra noua, Cabo de ſpartiuento, Locri Cabo de larme.* S. Gioni, *Rezo, Catona,* Biuona, *Lupizo, Caſtiglione, Paula,* Belueder. S. *Donato, Polycaſtro, Salerno, Melſi, Maſa,* Surrecto *Nozera, Nola, Neapoli, Pozolo,* Gaeta, *Fundi, omnia iſta & penè infinita alia oppida Mediterranea ibi ſunt, omnes iſti tractus vocantur regnũ Neapolitanum & eſt Philippi Hiſpaniarum regis.*

## Tractus reliquus littoralis, à Gaeta vſque ad Varum fluuium diſtinguente Italiam à Gallia.

*A Gaeta, Terracina eſt,* Antio, *Oſtia & Roma, nã non multũ diſtat ab Oſtia,* Ceruet, *Ciuita viegia, Porto de Hercule. Orbitello.* S. *Stephano, Telamone, Caſtiglione, Piumbino, Populonia, Liorna, Piſa,* Genoua, *Albizola,* Sauona, Arbenga, *Vingtimilla, Monacho, Villa franca & Niſſa, & Varus fluuius.*

*De Italia Hactenus, cuius omnium rerum abundantiam, ſi vellem*

*vellem non poſſem verbis explicare, Duæ ſunt regiones in ea, quæ, quod ad omnia attinet omnibus aliis præſtant regionibus, Regnum videlicet Neapolitanum, et longobardia, neque dicam de ſtructura ciuitatum domorum & arcium. Longum eſſet hæc ſigillatim referre.*

## Gallia Narbonenſis. Cap. 5.

GAllia Lemano lacu, & Gebennicis montibus in duo latera diuiſa, atque altero Thuſcũ pelagus attingens, altero oceanum: hinc à Varo, illinc à Rheno ad Pyrenæum vſque promittitur. Pars noſtro mari appoſita, fuit aliquando Braccata, nunc Narbonenſis magis culta, & magis conſita, ideóque etiã lætior. Vrbium quas habet opulentiſſimæ ſunt, Vaſio Vocontiorũ, Vienna Allobrogum, Auenio Cauarum, Arecomicorum Nemauſus, Toloſſa Tectoſagûm, Secundanorũ Arauſio, Sextanorũ Arelatę, Septumanorumque Blitera. Sed anteſtat omneis Atacinorum, Decumanorũque colonia, vnde olim iis terris auxilium fuit: nunc & nomen, & decus eſt Martius Narbo. In littorib⁹ aliquot ſunt cum aliquibus nominibus loca: cæterum rarę vrbes, quia rari portus, & omnis plaga Auſtro atque Africo expoſita eſt. Nicea tangit Alpes, tangit oppidum Deceatum, tangit Antipolis: deinde forũ Iulij Octauianorum colonia, tunc pòſt Athenopolis, & Olbia, & Glanon & Cithariſtes, & Halycidon Maſſiliẽſium portus, & in eo ipſa Maſſilia.

Hæc à Phoceis oriunda, & olim inter aſperas poſita, nunc vt pacatis, ita diſſimilimis tamen vicina gentibus. Mirum quàm facilè & tunc ſedem alienam ceperit, & adhuc morem ſuum teneat. Inter eam & Rhodanũ maritima Auaticorum ſtagno aſſidet foſſa Mariana. Partem eius amnis nauigabili alueo effundit, alioquin littus ignobile eſt Lapideum (vt vocant) in quo Herculem contra Albionem, & Bergiona Neptuni liberos dimicantẽ, cum tela defeciſſent ab inuocato Ioue adiutũ imbre lapidum ferunt: credas pluiſſe, adeò multi paſſim, & latè iacent. Rhodanus non longe ab Iſtri Rhenique fontibus ſurgit: deinde Lemano lacu acceptus, tenet impetum, ſeque per medium integer agens, quantus venit egreditur. Inde contrã in occidentẽ ablatus, aliquãdiu Gallias dirimit: pòſt curſu in meridiem abducto, hàc intrat, acceſſuq; aliorum amnium iam grãdis, & ſubinde grãdior, inter Volcas & Cauaras emittitur. Vltrà ſunt ſtagna Volcarum, Ledum flumen, caſtellum Latara, Meſua collis, incinctus mari penè vndique, ac niſi quòd anguſto aggere continentur annnectitur, inſula. Tum ex Gebennis demiſſus Arauraris iuxta Agathan, ſecundum Blyteras Obris fluit. Atax ex Pyrenęo monte digreſſus, quà ſui fontis aquis venit, exiguus, vaduſque eſt, & ingentis alioquin aluei tenens, niſi vbi Narbonem attingit, nuſquã nauigabilis: ſed cũ hybernis intumuit imbribus, vſque eò ſolitus inſurgere, vt ſe ipſe non capiat.

Lacus

Lacus accipit eum Rubreſus nomine, ſpacioſus admodum: ſed quà mare admittit, tenuis aditu. Vltrà eſt Leucata littoris nomen, & Salſuſę fons, non dulcibus, ſed ſalſioribus quàm marinę ſint, aquis defluens. Iuxtà campus minuta arundine, gracilíque peruiridis, cęterùm ſtagno ſubeunte ſuſpenſus: id manifeſtat media pars eius, quę abſciſſa proximis, velut inſula natat, pelliq; ſe atque attrahi patitur: quin & ex iis quę ad imum perfoſſa ſunt, ſuffuſum mare oſtenditur: vnde Graiis, noſtríſque etiam authoribus veríne ignorantia, an prudentibus etiam mendacij libidine, viſum eſt tradere poſteris, in ea regione piſcem è terra penitus erui, qui vbi ex altò hucuſque penetrauit, per ea foramina ictu captantium interfectus extrahitur. Inde eſt ora Sardonum, & parua flumina Thelis, & Thicis, vbi accreuere, perſęua: colonia Ruſcino, vicus Eliberri magnę quondam vrbis, & magnarum opum tenue veſtigium. Tum inter Pyrenęi promontoria portus Veneris eſt in ſinu ſalſo, & Ceruaria locus, finis Galliæ.

### *ANNOTATIONES*
### *In Caput V.*

Gallia lemano lacu & Gebennicis montibus in duo latera diuiſa, atque altero Thuſcum pelagus attingens, altero Oceanum: hinc à Varo, illinc à Rheno ad Pyrenæum vſque promittitur] *Miror Pomponium noluiſſe totam Galliam in primis in tres partes diſtribuere vt fecit in Tertio libro nam ita auſpicatus eſt Cæſar, quem ipſe imitatur, in ſuis commenta-*

*riis & Saluſtius in deſcriptione Africæ. In primis dico Melam ſer-uare ſemper inſtitutum ſuum deſcribendis littoralibus locis, & non omnibus, ſed magni nominis, mediterranea niſi fuerint illuſtria non attingit, hic vero pergit ab littoribus Italiæ, littora Galliæ ſequentia perſequi, quamquam hæc præfata diſtributio eadem videtur eſſe cum illa* Gallia *diuiſa eſt in tres partes, hoc enim feciſſet in hoc loco ſi maritima & mediterranea attingere voluiſſet,* Lemano lacu] *ſunt qui vocent hodie el lago de Loſana, alij el lago de* Gineua *quod non multum refert. nam & Loſanam oppidum &* Geneuam *attingit,* Gebennicis montibus] *hoc nomine vocat Cæar montes illos Aruerniæ qui ad Pyrenæum et fere lugdunũ protenduntur, vocantur hodie les montagnes Dauuerne, Sed Strabo illos montes vocat Cemmenos, cum cemmeni ſint propè varum fluuiũ.* Thuſcum Pelagus] *iuxta varum fluuium.* Altero Oceanum] *ad ad Borealem Oceanum Hiſpanicum ſiue Britannicum. Dictum eſt de varo, de Rheno & Pyrenæo poſtea ſuis locis dicam,* Pars noſtro mari ad poſita : fuit aliquando Braccata] *pars illa quæ à Varo fluuio vſque ad Pyrenæum extenditur littoralem partem intellige, Braccata* Gallia *à Braccis genus eſt veſtium.* Nunc Narbonēſis] *à Martio Narbo. vrbe illis ſeculis illuſtriſsima, at nunc non tàm vaſta & frequenti, ſed longe fortior & natura & artæ hæc regio, Toloſam pertingit, & cõplectitur totum Delphinatum, vocabatur olim prouincia* Romanorum, *nam inter omnes prouincias* Galliæ *ſola iſta erat ob omnium rerum non tam abundantiam quàm iocunditatem in delitiis nunc nomen retinet Prouenca,* Vaſio vocontiorum] *De Vocõtiis populis & vaſione diu mecum cogitaui vbi eſſet iſte populus vna cum oppidis vaſione & luco Auguſti, res eſt obſcura & à noſtris geographis incertitudine quadam tradita, prodiderunt veteres geographi hanc regionem vocontiorum eſſe in Gallia Narbonenſi vbi vero, non dicunt. Vaſionem & lucum oppida recenſent in Vocontiis agris, ſed neque horum veſtigia licet ſpectare. Ego ſemper in hoc dubio exiſtimaui Vocentios eſſe iuxta montem quendam, viſolium nomine, In ima parte Alpium De Vaſione & luco Auguſti tantum legi nomina, alia vero minime.* Vienna Allobrogum] *nota eſt ciuitas viana in parte Narbonenſis Prouinciæ que dicitur Delphinatus, olim iudicio meo hæc pars del-*

*phinatus*

*phinatus à Lugduno vſque ad Iſeram fluuium Allobrogum erat, propterea dixit Vienna Allobrogum. Vnde illud venit in dubium fuerintne Sabaudi ij, quos vocamus Allobroges, an alij. Quantum ego ex lectione autorum colligere citra præiudicium eorum, qui ante me ſcripſerunt,* * *veri* Allobroges *ſunt Delphinates: Quod ſi ita eſt quo nomine appellabimus eos, qui* Alpes *incolunt veluti Tarantaſios & alios videlicet la Chambre, Monmelliam,* Ayguæ *bellæ. & alia oppida, Certe nullo, Propterea aliis modis nobis vtendum eſt in deſcriptione iſtarum regionum dicemus in Corollariis.* Auenio Cauarum] *nunc eſt* Auignon, *Cauari nomen eſt populorum ad* Rho*danū,* Arecomicorum Nemauſus] *Nemauſus, Nimes vulgo, in regione quæ nunc Lenguedoch appellatur, de qua poſtea dicam,* Toloſſa] *nomen retinet, ciuitas eſt maxima & inter Celebriores Galliæ Narbonenſis præclarior.* Secundanorum A rauſio] *ſecundæ legionis.* Arauſio, *nunc Orange,* Sextanorum. Sextæ legionis, Arelatæ] *nunc* Arles *archiepiſcopatus,* Septumanorumque Blittera] *beſes nunc.* Sed ante ſtat decumanorum colonia Martius Narbo] *Narbona hodie, dixi de ea.* Nicea tangit Alpes] *Niſa nunc.* Deceatū] *hodie ragni.* Tangit Antipolis] *nunc Antibo.* Deinde forum Iulij octauianorum Colonia] *nunc Freuis,* Tunc poſt Athenopolis] *nunc Eres,* Maſſylia ] *Rhodanus fluuius,* Inter volcas & Cauaras] *nomina ſunt populorum, nam Volcæ ſunt ij, qui ad montem Peſulanum agūt, Cauari. Auinionēſes* Leucata] *nomē retinet.* Salſulę] *nomen retinent nunc Salſes.* Ruſcino] *hodie Perpignan caput Comitatus Roſilionis,* Portus Veneris] *nunc cab de creus caput crucis.* Ceruaria] *vulgo* Cobliure. Eliberri] *Euna eccleſia Cathedralis in comitatu Roſilionis.*

## Additio.

*Gallia Narbonenſis omnibus aliis partibus Galliæ præſtat, ſed Mela non videtur in hac parte ſibi cōſtare, nam cum de ſola Narbonenſi hic agat viſus eſt diſtribuere Galliam in quatuor regiones, quemadmodum alij fecerunt, nam apud eos, qui in tres partes diuidunt Galliam, Narbonēſis pars eſt Celticæ ſiue lugdunenſis, & reuera Mela non loquitur de Gallia Narbonenſi, tanquam de parte prin-*

*principali & vna ex illis tribus ex quibus tota conſtat Gallia, ſed de parte Celticæ, Varus fluuius vt dixi initium Narbonenſis Galliæ hodie dictus el var oritur in colle Argenteriæ nomine. Rhenus fluuius ex Alpibus dicemus poſtea, Pyrenæus mons eſt diuidẽs Hiſpaniam à Gallia pars noſtro mari mediterranæo magis certe culta habundat enim frumento oleo omnibus fructuum generibus , vino & omnibus aliis ad hominum victũ neceſſariis, vna pars eſt Galliæ, quæ non eget opera exterarum regionum, Vienna ciuitas eſt vetuſtate nobiliſsima , & Rhodani influxu amnœiſsima archiepiſcopatus eſt, & vt legi & à multis audiui archiepiſcopus huius ciuitatis olim erat primas Galliarum & Cancellarius regum Burgundiæ cum à regibus gubernaretur. Auenio ad Rhodanum ciuitas opulentiſsima & artificio ædificiorum celebris, pons ibi eſt in Rhodano altiſsimus & longiſsimus propterea quod ibi Rhodanus expanditur vſque ad oppidum dictum la villanoua, eſt ibi Acadenia iuris ciuilis & canonici. Nemauſus nunc. Nimes oppidum peruetuſtũ, quod ſatis conſtat ex vetuſtis ædificiis , quorum reliquiæ noſtro tempore extant murus peruetuſtus id oſtendit, & amphiteatrum, & aquæ ductus mirabili ſtructura. Toloſa nomen retinet ampla ciuitas & vaſta populoſa tamen & ditiſsima præcipuè terra illa ex herbis ſiccis confecta quæ paſtel vocatur ad omnem tincturam pannorum aptiſsima, habet hæc ciuitas Academiam in vtroque iure, omniũ, quæ ſunt in Gallia nobiliſsimam & doctiſsimam, quæ niſi obſtarent factiones ſtudioſorũ multo eſſet illuſtrior, Arauſio hodie Orange, eſt principatus propè Auenionem olim oppidũ inſigne, nunc oppidulum Arelate ciuitas eſt parua, & caput archiepiſcopatus, emporium mercatorum frumentum tractantium ſita eſt ad Rhodanũ Blittera, Beſiers oppidulum eſt. Narbona olim caput Galliæ Narbonenſis vnde nomẽ nacta eſt, & oppidum quondam illuſtre nunc vero non tam frequens quàm munitum. Niſa ducis eſt Sabaudiæ paruum oppidum ſed fortiſsimum habet Caſtrum & ferè in expugnabile, Antibo oppidulum quoque ad mare & freius , Maſsilia oppidum paruum ſed munitiſsimum in cauſa eſt portus foſsa Mariana, aygues mortes oppidulum quoque ad oſtium Rhodani, Meſua collis, nunc Magalona & eſt peninſula. Agatha , nunc Montpellier. Leucata retinet nomen in vertice montis eſt quoque penninſula,*

*ſula. Ruſino Perpinam, nunc magnum oppidum, & pannorum magnũ emporium vicus illiberri nunc ciuitas parua & epiſcopatus Eulna vulgo dictus. Portus Veneris cap:de Creus hodie, Ceruaria oppidulum, Cobliure.*

## Hiſpania Caput. 6.

PYrenæus primo hinc in Britãnicum procurrit oceanum: tum in terras fronte cõuerſus, Hiſpaniam irrumpit, & minore eius parte ad dextram excluſa, trahit perpetua latera continuus, donec per omnem prouinciam longo limite immiſſus, in ea littora, quæ occidẽti ſunt aduerſa, perueniat. Ipſa Hiſpania, niſi quà Gallias tangit, pelago vndique incincta eſt: vbi illis adhæret, maximè anguſta, paulatim ſe in noſtrum mare & oceanum extendit, magis, magiſq; latior ad occidentem abit, ac fit ibi latiſſima. Viris, equis, ferro, plumbo, ære, argẽto, auróque tam abundans, & adeò fertilis, vt ſicubi ob penuriam aquarum effœta, & ſui diſſimilis eſt, linum tamen aut ſpartum alat. Tribus autem eſt diſtincta nominibus, parſque eius Tarraconenſis, pars Bætica, pars Luſitania vocatur. Tarraconenſis altero capite Gallias, altero Bæticam Luſitaniamq; contingens, mari latera obiicit noſtro, quà meridiem: quà ſeptentrionem ſpectat, oceano. Illas fluuius Anas ſeparat, & ideo Bætica maria vtraque proſpicit, ad occidentem Atlanticum, ad meridiem noſtrũ. Luſitania oceano tantummodò obiecta

eſt, ſed latere ad ſeptẽtriones, fronte ad occaſum. Vrbium de mediterraneis in Terraconenſi clariſſimę fuerũt Pallantia & Numãtia, nũc eſt Cęſar auguſta. In Luſitania, Emerita: in Bętica, Aſtigi, Iſpalis, Corduba. At ſi littora legas, à Ceruaria proxima eſt rupes, quę in altum Pyrenęum extrudit: dein Thicis flumẽ, ad Rhodam: Clodianum, ad Emporia: tum mons Iouis, cuius partem occidenti aduerſum eminẽtia cautium, quę inter exigua ſpacia vt gradus ſubinde conſurgunt Scalas Annibalis appellant. Inde ad Tarraconem parua ſunt oppida, Blanda, Illuro, Betullo, Barchino, Subur, Tholobi. Parua flumina, Betullo iuxta Iouis montem, Rubricatum in Barchinonis littore, inter Subur & Tholobin maius. Tarraco vrbs eſt in iis oris maritimarũ opulentiſsima. Tulcis eam modicus amnis ſuper, ingens Iberus deorſum attingit. Inde ſe in terras pelagus inſinuat, & primũ magno impetu admiſſum, mox in duos ſin⁹ promontorio, quod Ferrariam vocant, finditur: prior Sucronenſis dicitur, maior hic & magno ſatis ore pelagus accipiens, & quò magis penetratur, anguſtior. Serabin & Duriã, & Sucronem, non magna excipit flumina. Vrbes cõplexus & alias quidem, ſed notiſsimas Valentiam, & Saguntum, illam fide & ærumnis inclytam. Sequens Illicitanus Alonem habęt, & Lucentiam, & vnde ei nomen eſt Illicen. Hîc iam terrę magis in altũ eunt, latioremque quàm fuerat Hiſpaniã faciunt. Verum

rum ab iis quæ dicta ſunt, ad principia Bæticæ, pręter Carthaginem, quam dux Pœnorum Aſdrubal condidit, nihil referendum eſt. In illis oris ignobilia ſunt oppida, & quorum mentio tãtùm ad ordinem pertinet. Virgi in ſinu, quem Virgitanum vocant. Extrà, Abdera, Suel, Hexi, Menoba, Malaca, Salduba, Lacippo, Berbeſúl. Aperit deinde anguſtiſsimum pelagus, & proxima inter ſe Europæ, atque Africæ littora montes efficiunt, vt initio diximus, columnę Herculis Abyla & Calpe, vterque quidem, ſed Calpe magis & penè totus in mare prominens. Is mirum in modum concauus, ab ea parte qua ſpectat occaſum, medium ferè latus aperit, atque inde ingreſſus, totus admodùm peruius propè quãtum patet ſinus, & ſpecus vltra eſt: in eóque Cartheia (vt quidam putant) aliquando Tarteſſos, & quàm tranſuecti ex Africa Phœnices habitãt, atque vnde nòs ſumus, cingẽte freto, Mellaria & Bello, & Beſippo, vſque ad Iunonis promontorium oram freti occupat. Illud iam in occidentem & oceanum obliquo iugo excurrens, atque ei quod in Africa Ampeluſiam eſſe dixeramus aduerſum, quà noſtra maria ſunt, finit Europen.

*ANNOTATIONES*
*In Caput VI.*

Pyrenæus primo hinc in Britanicum procurrit Oceanum] *eodem ordine quo deſcripſit alterum latus Galliæ deſcribit & Hiſpaniæ. hinc dicit. i. à portu Veneris Pyrenæus in Bri-*

*tannicum procurrit Oceanum, à mari mediterraneo ad mare Oceanum Britannicum. i. vſque ad Arcem Hiſpaniæ expoſitā Oceano vocatam Fonterabia. interuallum enim à portu Veneris vſque ad Fontem rabiā & Bayonam eſt per montes.* 188 *leucarum, & hæc ex ſententia quorundā, at ego dicerem eſſe,* 88. *leucarum & hæc latitudo eſt minima totius Hiſpaniæ & in his montibus eadem Hiſpania eſt anguſtiſſima, et niſi eſſet illæ tractus mōtium Hiſpania eſſet inſula,* Tum in terras fronte conuerſus Hiſpaniam irrumpit] *Pyrenæus in terras. ſ. regiones Hiſpaniæ conuerſus Hiſpaniā irrumpit, id eſt, per totam expanditur Hiſpaniā, hinc inde ſpargens ramenta ſua.* Et minore eius parte ad dextram excluſa] *id eſt, minore ramento eius Pyrenæi ad dextram excluſo verſus Oceanū Britānicum.* Trahit perpetua latera continuus] *trahit latera ſua continuus, id eſt, perpetuo recta incedit, donec varia latera per totam Hiſpaniam immitat, vſque ad Portugaliam, nā intra regionem diuiditur in tres ramos Rauanellā Galliciæ, Idubedam, et Oroſpedā vſque ad Oceanū occidentalem.* Ipſa Hiſpania, niſi quà Gallias tangit pelago vndique in cincta eſt] *dixi peninſulam fore Hiſpaniam niſi ille tractus montiū Pyrenæorum obſtitiſſet, qui eſt à capite crucis vſque ad Fonterabiam arcem olim oppidum,* vbi illis adheret maxime anguſta] *vbi illis videlicet Galliis adhæret maxima anguſta eſt, nam in mediterraneis eſt latiſſima, quemadmodū noſter Mela dicit.* Paulatim in noſtrum mare & Oceanum extendit magis, magiſq; latior in Occidentem abit, ac fit ibi latiſsima] *in medio Hiſpaniæ,* Viris equis & alia] *Hæc omnia confirmant Trogus Plinius & alij multi,* Tarraconenſis altero capite Gallias] *id eſt, in mōtibus Pyrenæis,* Altero Bethicam] *ad caput de Gata.* Luſitaniamque contingens] *apud Doriam fluuium,* Mari laterat obiicit noſtro] *mari mediterranæo obiicit latera ſua,* Qua meridiem] *id eſt, extendit latera ſua verſus meridiem in mare noſtrum mediterraneum.* Qua Septentrionem ſpectat Oceano] *id eſt, verſus Septentrionem obiicit Oceano.* Illas fluuius Anas ſeparat] *illas videlicet Bethicam & Luſitaniam,* Maria vtraque proſpicit] *id eſt, Oceanum & Mediterraneū.* Ad Occidentem Atlanticum] *oceanum intellige.* Ad meri-

diem

diem noſtrum] *ſcilicet mediterraneum.* Luſitania Oceano tãtummodo obiecta eſt] *oceano Occidentali.* Sed latere ad Septẽtrionem fronte ad Occaſum] *vide Chartam.* Vrbiũ de Mediterraneis in Tarraconenſi Clariſsimæ fuerunt, Pallantia & Numantia] *Pallantia Palentia vulgo nomen retinet olim ibi fuit Schola ampliſsima, ſedes eſt epiſcopalis, & quicunque eſt epiſcopus eſt etiam comes & habet comitatum ſeorſum, ciuitas eſt infrequens & niſi eſſent tot canonici & archidiaconi & magnificẽtia ſummi templi pagus videretur. Numantia hodie eſt Soria viſuntur vetuſta templa, ſepulturæ Romanorum noſtro ſeculo. nõ mẽtior ibi hodie viſuntur ducẽta templa olim gentilium numantinorum dicam poſtea*, Nunc eſt Cæſarauguſta] *noli intelligere quod Numantia ſit hodie Cæſarauguſta; ſed quod quemadmodum Numantia olim erat clariſsima, ita nunc. i. ſeculo Pomponij Cæſarauguſta.* In Luſitania Emerita] *dicta Auguſta Emerita, hodie Merida la grande hiſpanicè, in eo oppido nam iam oppidum eſt paruum, conſpiciuntur admirandæ reliquiæ Romanorum coloſſei columnæ, obeliſci ſed penè vaſtati & deleti.* In Bethica Aſtigi Hiſpalis & Corduba] *Aſtigi nunc Ecija, Hiſpalis nunc omnium* Hiſpaniæ *ciuitatum clariſsima & ditiſsima multis nominibus ex ſeipſa primum, deinde ex commercio Inſularũ repertarum & Peru, dicta nunc Seuilla. Corduba magna ciuitas olim nunc vero vaſta ſed penè deſerta & infrequens.* A Ceruaria proxima eſt rupes quæ in altum Pyrenæum extrudit] *hodie dicitur el coll de Pertuz, collis Pertuſianus inuiſus viatoribus ob latronum multitudinem, ſed hæc iam Ceſſarunt beneficio regis Hiſpaniæ Ferdinandi.* Thicis flumen ad Rhodam] *fluuiolus eſt imo potius Torrens.* Clodianum ad Emporia] *Clodianus fluuius, hodie Clodia. Rhoda oppidulum, retinet nomen. Emporia pluralis numeri nam ſunt aliquot oppidula quæ ſunt Ampuriana, nunc intelligit Mela principale, quod hodie vocatur Caſtello de ampuries.* Tum Mons Iouis] *Nunc Moniui, mons eſt ad Barchinonam plenus delitiis nam totus vernat hortis & villis.* Eminentia Cautium, quæ inter exigua ſpatia vt gradus ſub inde conſurgunt] *hij gradus hodie lingua Catalonica vocantur les Coſtes de Garraf.* Inde ad Tarraconem] *poſt illud inde ad*

*Tarraconem, ponantur iſta.* Parua ſunt oppida, Blanda Illuro Betullo, Barchino, Subur Tholobi, parua flumina Betullo iuxta Iouis montem, Rubricatum in Barchinonis littore] *blanda hodie* Blanes, *Betullo nunc beſſon*, Barchino *nũc* Bar*ſelona magna ciuitas & quod attinet ad ædificia pulcherrima ad mare Subur, hodie Siges, Rubricatum nunc lobregat, Tarraco. poſtea Sequatur, ciuitas eſt vetuſtiſſima, neque condita à Scipionibus vt dicunt nugatores aliquot, ſed potius inſtaurata, ab hac ciuitate nomen accepit Hiſpania Tarraconenſis, nunc paruum oppidum, ſed archiepiſcopatus, ad mare, extant ad huc monumenta vetuſtatis, nam totus murus conſtat ex lapidibus tumulorum in quibus* Roma*ni ſepelliebantur, & vnus quiſque lapis habet ſuum epitaphium Latinis literis & maiuſculis Sculptum, interea qui ædificarũt murum nam recens eſt opus, ignorantes literas lapides illos conſtituerunt contrario modo,* Opulentiſsima] *hodie minime.* Tulcis eã modicus amnis Super] *pro ſuper, lege ſurſum.* Tulſis] *hodie dicitur fluuia.* Ingens iberus deorſum attingit] *Iberus vulgo Ebro dicitur totius Hiſpaniæ maximus innauigabilis ob rupes multas intermixtas, iuxta mare mediterraneum in quod influit ſatis nauigabile.* Mox in duos ſinus promontorio, quod Ierrariam vocant] *Promontorium ferrariæ hodie dicitur Caput* Martini *lingua vernacula cap de Marti, hoc promontorium facit duo ſinus, alter vocatur* Sucronenſis] *à Sucrone fluuio qui eſt in eo ſinu, Poſt Sucronenſis à Sucrone fluuio, qui eſt in eo ſinu ponat iſta verba* Serabim & Duriam & Sucronem non magna excipit flumina] *Duriam, lege Thuriam hodie dicitur, lingua arabica Gudalauiar præterfluit valentiam,* Setabim] *lege Setabim* Sucrone] *nunc Xucar hic ſinus complectitur vrbes multas, ſed notiſsimas.* Valentiam] *hæc magna eſt ciuitas ad mare. populoſiſsima & frequentiſſima metropolis, nam eſt archiepiſcopatus. neque ab re vocata fuit à* Gallis *magna Valentia, multa poſſem de ſitu illius vrbis dicere ſed quoniam in ea natus fui lubens ab eius laudibus abſtineo.* Et Saguntum] *Saguntum hodie dicitur à nobis valentinis moruedre. i. murus vetus. diſtat à noſtra valentia quatuor tantum milliarium, via illa à Valentia in Saguntum eſt tota hortenſia, in ea ſemper incides in varias arbores malorum punicorum et medicorum*

rum

*rum, dicam poſtea.* Illam fide & Erumnis inclitam] *hinc fides ſaguntina notiſsima eſt hiſtoria.* Sequens illicitanus] *ſinus,* Alonem habet & Lucentiã] *Alon nunc eſt Alicant, Lucentia nunc Lugent olim magnum oppidum* , Præter Carthaginem] *Carthago noua hodie Cartagena.* Ignobilia ſunt oppida] *ita eſt tempore Melæ ſed nunc magna ſunt nam hodie Carthago noua præter portũ ſingularẽ nihil aliud habet.* Virgi] *nunc Almeria.* Suel] *Chipiona hodie.* Menoba] *vulgo veles malaga.* Malaca] *Malaga.* Carteia] *nunc Cartaia.* Mellaria] *hoc tẽpore Begerra de Melana.* Promontorium Iunonis] *nũc el puerto de ſancta Maria.*

## Auctarium.

*Pyrenæi montes ab Oriente, Oceanus* Britannicus *à Septentrione, mare noſtrum à Meridie, Occidentalis oceanus ab Occidente totam includunt* Hiſpaniam , *ſed quia montes ferè omnes Hiſpaniæ ex Pyrenæis ortum habent, dicam de Pyrenæis. Nec laboro quare dicatur Hiſpania, vt confictus iſte* Beroſus, *qui manibus hominum teritur. Montes Pyrenæi non à fabulis , neque à conflagratiore Pyrenæi vocantur, vt ſomniãt plerique, ſed tantũ ab ignibus , quos ſtruunt Paſtores nocte quod etiã hoc noſtro ſeculo ſæpiſsime vidi. Montes iſti in ortu nullum nomen habent latinum minus vulgare , ſed tantum græcum at partes montium particularia habent nomina nã ſi à mari Mediterraneo vbi eſt templum veneris initium ſumpſeris ibi ſtatim nominantur Puig Cerda, & montes Iacquæ à ciuitate Iacqua, & Runcis vallis in regno Nauarræ, vſque ad mare Britannicum ſeptentrionale. Iſti montes ex ſe ipſis ramenta mittũt in vniuerſam* Hiſpaniam, *tria tantum præcipua. Idubedam, oroſpedam, &* Rauanellã, R*auanella dicitur totus ille mons, qui à Pyrenæo ad compoſtella extenditur, ſed in variis locis varia habent nomina, in ortu vocatur mons. S. Adriani. poſtea montes ouetani ,* Hiſpanice *montes de Ouiedo, & iſti montes vocantur* Hiſpanicæ *las montanas & olim Cantabria, ex his montibus in interiorem* Hiſpaniæ *partem emittitur ramentum quoddam vſque ad portum* Gallum *in Portu* Galia , *& ex ortu iſtius montis ſequitur mons vſque ad caput finis terræ, quod nomen totius montis obtinet* Rauenella, *Idube-*

*da*

*da mons à Pyrenæo vſque ad Portugaliam promittitur. ſed antequã illa attingat varia habet nomina ex variis oppidis, nam hiſpanicè in primis vocatur la ſierca datienca, ſierra hiſpanicè eſt mons. Deinde ſumo ſierra, tum el puerto dela tablada, postea la palomerca da uila, el puerto de* Guadarrama, *puerto hiſpanicè eſt porta & tranſitus per montem aliquem græci vocabant pylas, hinc Pylæ Amanæ, Pylæ Armeniæ, Inde el puerto del colmenar, hinc el puerto del pico poſtremo el puerto de* T*ornauacas, Inde in portugaliam extenditur & promontorium facit dictum monte de la Strella, viris, viros habet bellicoſos* Cantabros Bethicos *& Callecos, equi noti ſunt hiſpani, ferro abundat maxime pars Cantabriæ quæ* Biſcaya *dicitur & vicina illi lipuſcua, Aere in his dictis duabus partibus Hiſpaniæ, Plumbo vbi argentũ in parte Luſitaniæ quæ vocatur Estremadura vernacula lingua, aurum in fluuiis quibuſdam præcipue in Tago fluuio.* Spartum *est iuncus quidam tenuis, exiſtis iunctis exſicatis fiunt cophini. ad includendũ ficus ſiccas, ex prouincia exportãtur ficus & vuæ paſſæ & ex* Hiſpania *in illis cophinis, & hoc nomẽ ad huc retinent in patria mea valentina. Pallantia nunc Palentia olim magna ciuitas & ampla, tum ob templum ditiſsimum, tum etiam ob Academiam doctiſsimam, quæ nostris temporibus deſiit. Numantia hodie Soria dicitur vasta ciuitas & multis ac magnis ædificis antiquiſsimis ornata quorum reliquiæ viſuntur tota illa regio valet abundantia lanarum quæ exportantur ab hiſpanis ſingulis in flandriã, hæc ciuitas iam non eſt magni nominis, fuimus troes Cæſaraugusta & ſeculo Melæ & nostro ciuitas pulcherrima & omnium rerum abundantiſsima nunc dicitur Caragoca caput regni Aragoniæ & metropolis. Emerita, alij Augusta emerita, hodie Merida la grande, Ampliſsima olim ciuitas ſeculo romanorum nunc nostro ſeculo non magni est momenti extant ibi varia romanorum monumenta.* Hiſpalis *hodie Seuilla ciuitas ampliſsima & ditiſsima, & nostris tẽporibus omniũ quæ ſunt in* Hiſpania *maxima & opulentiſsima, opulentam eam facit varietas mercatorum maxima & commercium terræ del Peru & Inſularum repertarum nam omnes omnium illarum terrarum illuc confluunt, & vt hæc melius poſſent tractari erecta est domus aptiſsima mercatorum cõmercio, & vocatur domus contractationis Indianæ & inſularum*

recens

*recens repertarum, varij ſunt mercatores Germani, ligures, Galli, lucenſes, flandri, & veneti* Corduba *olim inclyta & populoſa regni Cordubenſis metropolis, magna eſt ciuitas ſed minus quàm fuit populoſa, ſed hoc ſolo nomine feliciſſima, quod tot doctiſſimorum virorum fuerit & mater & altrix, nati ſunt in ea duo* Senecæ, *Lucan⁹ Auicenna, Auenrrois , & alij Arabes permulti. Ceruaria oppidulum eſt, vocatur hodie Cobliure, arx eſt ibi fortiſſima, nihil ibi illuſtre, oppidum eſt ad mare ſitum. Rupes illa, quæ in altum Pyrenæum extrudit eſt nunc dicta coll de Pertus. i. collis pertuſianus olim receſſus latronum & homicidarum, hodie opera regis* Hiſpaniæ *tutiſſimus factus eſt locus.* Mons *Iouis dignus, qui à me depingatur, mõs eſt valde editus, in vertice cuius turris eſt , quæ ſignis quibuſdam ſignat nauem aliquam venire vel aliquas , ſemitas habet perquam multas in aſcenſu in quibus inuenies villas præclaras arboribus plenas & fructibus in has villas aſcendentes quæcunque volent, idque quod attinet ad cibum & potum inuenient. Moniui, hodie dicitur, Cautes eminentes quæ ſcalæ* Anibalis *appellantur. hodie vocantur Coſtes de Garraf, mons ille Garrafus eſt altus, in cuius ima parte in gremio eſt iter anguſtus ex vno latere habens magnam ipſius maris profunditatem, ex altero mõtem excelſum ita vt totum illud iter præ nimia anguſtia viatoribus ſit periculoſum , nam ſi viator habet equum vel rixoſum ſubito eques & equus præcipitabũtur in mare, alio etiam nomine eſt periculoſum, quod latrones deſcendentes ex montibus accipiebant frenum equi , qui non poterat moueri præ maxima anguſtia itineris. Barchinona ciuitas ad mare ciuitas magna & magnificis ædibus lapidæis ornata et inſtructa, omnes vici ſunt ſtrati amplioribus lapidibus, ita vt quoties pluit toties mũdentur vici, nihil ſordiũ ex intimis ædium locis inuicum emittitur, ſed per ſubterranea in mare mittuntur, habet hæc ciuitas Theſaurũ innumerabilem, Iberus fluuius totius vt dixi* Hiſpaniæ *maximus oritur in montibus dictis de Sanctillana propè oppidum dictũ fontible, in quo ortu incipit eſſe iam magnus, totam ex vna parte Hiſpaniam interfluens ad Dertuſam in mare labitur mediterraneũ. Setabim, hodie Setabis Xatiua dicitur oppidũ eſt et fluuius, Furiã dixi fluuiũ eſſe præterfluendẽ Valentiã noſtrã hodie vocatur Guadalauiar , Sucro fluuius eſt à noſtris Valentinis nam prope Valen-*

*tiam intrat mare Xucar vocatus. Valentia ciuitas eſt metropolis
regni Valentini, à Gallis dicta Valentia magna de, qua quia ibi na
tus fui & quia vrbs toto orbe notiſsima eſt, pauca dicturus ſum-
eſt in quã Valentia quod attinet ad architecturam domorum valde
elegans & magnifica, quod ad reipub. adminiſtrationem facile om
nes antecedit Hiſpaniæ ciuitates, De nobilitate ciuiũ ſi dixero, au-
dacter dixero non eſſe illi parem, tot in ea ſunt comites & alij id
genus hominũ, vt nihil ſupra, de populo auſim affirmare non eſſe,
in Hiſpania tam populoſam vrbem, ſi ſpectes eius magnitudinem
valet commercio mercatorum maximo, nam inde exportantur va-
riæ et multæ merces, in primis holoſericæ telæ fere omnium colorum
& fila ſerica ex vermibus, panni optimi in inſulas Baleares, &
Siciliam & Sardiniam, & ij panni vocantur contracti, exportan
tur inde Oriza, Zacharum albedine admirabili, vuæ paſſe, & fi-
cus necnon & fructus Zacharo conditi, tum oleum dulciſsimum,
ſi videres, diceres aquam eſſe alicuius fontis tam eſt clarum, ad hæc
coria ſunt ibi omnium colorum à valentinis hominibus & his qui-
dem præclaris artificibus parata. De amœnitate vrbis & ſitu &
fontibus hortis & fructibus dicam alias cũ ex profeſſo eam deſcri-
bam nũc autẽ hæc dicta, quæ etiam ad ponere huic loco recuſabam
amicorum impulſu ſufficient. Saguntum nunc oppidulũ olim potẽ-
tiſsima, in hoc oppidulo ex reliquis antiquitatis, licet videre ciuitas
amphiteatrum ſepulturas omniũ Sergiorũ. L. Galbæ, Sergij Galbæ
& aliorum eius gentis, ex quarum lapidibus cõſtructum eſt cœno-
bium fratrum trinitatis, in fronte Portæ, quæ reſpicit mare eſt ſcri-
ptum literis antiquiſsimis. Sagun, eraſo tum, in porta illa, quæ re-
ſpicit planiciem quandam eſt idolum Dianæ, eſt ibi templum Ve-
neris, ſed totum inuerſum, eſt area illa magna, in qua ſtructo igne
ſaguntini ſe & omnia bona coniecerunt in ignem, in edito oppidi
eſt ars Cæſaris vocata, quod oſtendunt epitaphia antiqua, eſt iam
longe diſtans ab oppido turris quædam Anibalis, quæ vt accepi ex
ſcriniis oppidanorum erat in medio ciuitatis, vt ex eo vnuſquiſque
deprehendere poſsit, quàm magna eſſet vrbs illa, ego ipſe qui hæc
omnia vidi cum è Sagunto mare adirem diſtat iam duobus aut tri-
bus millibus paſsibus cum eſſem in medio itineris vidi vetuſta quæ-
dam ædificia iam terra, ferè operta. in omnibus vicis huius oppidi
reperies*

*reperies epitaphia Romanis depicta literis & elegantiſsimis, imò ferè omnes domus in fronte habent ſingulæ ſingula epitaphia in campis ſemper inuenitur impreſſa moneta aurea & argentea, poſſem alia adferre, ſed eſſet præter inſtitutum geographicum.*

## Mediterranei maris inſulis. Cap. 7.

GAdes inſula, quæ egreſſis fretum obuia eſt, admonet antè reliquas dicere, quàm in oceani littora terrarumque circuitũ, vt initio promiſimus, oratio excedat. Paucæ ſunt in mæotide (inde enim videtur commodiſſimũ incipere) neq; omnes tamen incoluntur, nam nec pabula quidem largè ferunt. Hac re habitantibus caro magnorum piſcium ſole ſiccata, & in puluerem vſque contuſa pro farre eſt. Paucæ & in Ponto. Leuce Boryſthenis oſtio obiecta, parua admodum, & quòd ibi Achilles ſitus eſt, Achillea cognomine. Non longè accolitur Aria, quæ Marti ſacrata (vt fabulis traditur) tulit aues cum ſumma clade aduenientium, pennas quaſi tela iaculantes. Sex ſunt inter Iſtri oſtia, ex his Peuce notiſsima & maxima. Thynnias Mariandynorum finibus proxima, vrbem habet, quã quia Bithyni incolunt, Bithynida appellant. Contra Thracium Boſphorum duæ paruæ, paruoque diſtantes ſpatio, & aliquando creditæ dicteque concurrere, & Cyaneæ vocantur, & Symplegades. In Propontide tantùm Proconneſos habitatur. Extra Helleſpontum, earum quæ Aſiaticis regionibus adiacent, clariſsimę ſunt Tenedos, Si-

gæis aduerſa littoribus, & quo dicentur ordine, ad promontorium Tauri montis expoſitæ: quas quidã dici putauere μακάρων, ſiue quòd fortunati admodum cęli ſolíque ſunt, ſiue quòd eas ſuo, ſuorũq; regno Macar occuparat. In Troade, Leſbos, & in ea quinq; olim oppida, Antiſſa, Pyrrha, Ereſſos, Ciraua, Mitylene. In Ionia, Chios & Samos. In Caria, Cos. In Lycia, Rhodos. In illis ſingulę ſunt iiſdem nominibus vrbes. In Rhodo tres quondã erant, Lindos, Camiros, Ialyſos. Quę cõtra Tauri promontoriũ importuné nauigantibus obiacent, Chelidonię nominantur. In ſinu quem maximũ Aſia recipit, propè media Cyprus ad ortum occaſumque ſe immittens, recto iugo inter Ciliciam Syriamque porrigitur ingens, vt quę aliquando nouem regna ceperit, & nunc aliquot vrbes ferat, quarũ clariſſimæ, Salamis, & Paphos, & quò primũ ex mari Venerem egreſſam accolę affirmant, Palępaphos. Arados etiam in Phœnice eſt parua, & quãtum patet, tota oppidũ, frequens tamen, quia etiam ſubter aliena tecta ſedem ponere licet. Parua & Canopos, Nili oſtio quod Canopicum vocant, obuia eſt. Menelai gubernator Canobus ibi forte moriens, nomen inſulæ, illa oſtio dedit. Pharos Alexandrię nunc ponte coniungitur, olim, vt Homerico carmine proditum eſt, ab eiſdem oris curſu diei totius abducta: & ſi ita res fuit, videri poteſt cõiectantibus in tantum mutatę cauſas Nilum prębuiſſe, dum limum

ſubinde,

ſubinde, & præcipuè cum exundaret, littori anne-ctens, auget terras, ſpatiumque augeſcentiũ in vicina vada promouet. In Africa contra maiorẽ Syrtim Cuteletos: contra minoris promontoria, Meninx & Cercinna: contra Carthaginis ſinũ, Tarichiæ & Ægathes, Romana clade memorabiles. Plures Europæ littoribus ſunt appoſitę. In Ægæo mari prope Thraciã Thaſos, Imbros, Samothrace Scandille, Polyægos, Scyathos, Haloneſos, & quã aliquando, omnibus qui mares erant cęſis, tantũ fœminę tenuiſſe dicuntur, Atho monti Lemnos aduerſa. Pagaſeus ſinus Scyathon proſpicit, Cicyneton amplectitur. Eubœa ad meridiẽ promontoriũ Gereſton & Caphareum: ad ſeptentrionẽ, Cœneum extrudit, & nuſquã lata, duûm milliũ ſpatium habet vbi arctiſſima eſt, cæterũ lõga, totíque Bœotię appoſita, anguſto freto diſtat à littore. Euripon vocant rapidum mare, & alterno curſu ſepties die ac ſepties nocte fluctibus inuicem verſis adeò immodicè fluens, vt ventos etiam, ac plenis velis nauigia fruſtretur. Aliquot in ea ſunt oppida Heſtiæa, Eretria, Pyrrha, Neſos, Oechalia: verum opulentiſſimæ Caryſtos & Chalcis. In Attide Helene eſt nota ſtupro Helenæ, & Salamis excidio claſſis Perſicæ notior. Circa Peloponneſon etiam nunc in Ægęo Phitiuſa, & Ægina Epidaurico littori proxima, Trœzenio Calauria inter ignobiles aliàs leto Demonſthenis nobilis. In Myrtoo Cythera contra Maleam emiſſa, & Theganuſa con-

tra Acritam. In Ionio Prote, Hyria, Cephalenia, Neritos, Same, Zacynthos, Dulichiũ, & inter non ignobibes vlyſſis nomine Ithaca maximè illuſtris. In Epiro Echinades, & Strophades, olim Plotæ. Cõtra Ambracium ſinũ Leucadia, & vicina Adriatico mari Corcyra: hę Thracum, Gaiorúmque terris obiacent. At interius, Melas, Olearos, Ægina, Cathon, Ios, Thera, Gyaros, Hippuris, Dionyſa, Cianos, Chalcis, Icaria, Pinaria, Niſiros, Lebynthos, Calidnæ, Aſinę: hę quia diſperſę ſunt, Sporades. Ab eis Sicynus, Hipanos, Cythnos, Siphnos, Seriphos, Rhene, Paros, Scyros, Tenos, Myconos, Naxos Delos, Andros, quia in orbem iacent, Cyclades dictę ſunt. Super eas iam in medio mari ingens, & centum quondã vrbibus habitata Crete, ad orientem promontoriũ Samonium ad occidẽtẽ κριοῦ μέτωπον immittit: niſi maior eſſet, Cypro ſimilis, multis famigerata fabulis, aduentu Europę, Paſiphaës & Ariadnę amoribus, Minotauri feritate fatóque, Dędali operibus & fuga, tum ſtatione atque morte: maximè tamen eo, quòd ibi ſepulti Iouis penè clarũ veſtigium ſepulchrum eſt, cui nomen eius inſculptũ eſſe accolę oſtendunt. Vrbiũ notiſſimę Gnoſos, Gortyna, Lyctos, Lycaſtos, Holopyxos, Phæſtos, Cydon, Manethuſa, Dictinna. Inter colles, quòd ibi nutritũ Iouem accepimus, fama Idęi montis excellit. Iuxta eſt Aſticla, Naumachos, Zephyre, Criſe, Gaudos, & quas Muſagoros numero tres, vno tamen vocabulo appellãt

atq; vnde Carpathio mari cognomen eſt, Carpathos. In Adria, Abſoros, Celaduſe, Abſyrtis, Iſſa, Trucones, Hydria, Electrides, nigra Corcira, Tragurium, Diomedia, Æſtria, Aſine, atque vt Alexãdriæ, ita Brunduſio adiacens, Pharos. Sicilia (vt ferunt) aliquando continens, & agro Brutio annexa, pòſt freto maris Siculi abſciſſa eſt. Id anguſtũ & anceps alterno curſu modò in Thuſcũ, modò in Ionium pelagus perfluit, atrox, ſæuum, & Scyllę Charybdis que ſęuis nominibus inclytum. Scylla ſaxũ eſt: Charybdis mare vtrunque noxium appulſis: ipſa ingens & tribus promontorij in diuerſa procurrẽs, gręcæ literę imaginem, quę Δέλτα dicitur, efficit. Pachinum vocatur, quod Gręciam ſpectat: Lilybęum, quòd in Africam: Pelorũ, quòd in Italiam vergens, Scyllę aduerſum eſt: cauſa nominis Pelorus gubernator ab Annibale ibidẽ conditus, quem idẽ vir profugus ex Africa, ac per ea loca Syriam petens: quia procul intuenti videbantur continua eſſe littora: & non peruium pelagus proditum ſe arbitratus: occiderat. Ab eo ad Pachinum ora quę extenditur Ionium mare attingens, hæc fert illuſtria, Meſſanam, Taurominiũ, Catinam: Megarida, Syracuſas, & in ijs mirabilẽ Arethuſam. Fons eſt in quo viſuntur iacta in Alpheũ amnẽ, vt diximus, pelopõneſiaco littori infuſum: vnde ille creditur non ſe conſociare pelago, ſed ſubter maria terráſque depreſſus, huc agere alueũ, atque hîc ſe rurſus extollere. Inter Pachynũ & Li-

lybęum Acragas eſt, Heraclea, & Thermę. Inter Lilybęum & Pelorida, Panormus, & Hymera. Interius verò, Leontini, Centuripinum, Hibla: alięque complures. Famã habet ob Cereris templum Enna pręcipua. Montium Erix maximè memoratur ob delubrũ Veneris: ab Ænea cõditum: & Ætna: quę Cyclopas olim tulit, nunc aſſiduis ignibus flagrat. De amnibus Hymera referendus, quia in media admodum ortus, in diuerſa decurrit, ſcindénſque eam vtrinque, alio ore in Libycum, alio in Thuſcum mare deuenit. Circa Siciliã in Siculo freto eſt, Æęe, quã Calipſo habitaſſe dicitur. Africam verſus, Gaulos, Melita, Coſſura: propius Italiam, Galata, & illę ſeptem, quas Æoli appellant, Oſteodes, Lipara, Didyme, Phœnicuſa, Ericuſa, Hiera, & Itrongyle, vt Ætna, perpetuo flagrant igne. At Pithecuſa, Leucothea, Venaria, Sinonia, Capreæ, Prochyta, Pontię, Pandataria, Phitonia, Palmaria. Italico lateri citra Tyberina oſtia obiacent. Vltrà aliquot ſunt paruę, Dianium, Iginium Carbania, Vrgo, Ilua, Capraria. Duę grandes, fretóque diuiſę Hetruſco, quarũ Corſica littori propior inter latera tenuis & longa, pręterquàm vbi Aleria: & Marianę colonię ſunt: à barbaris colitur Sardinia Africum pelagus attingens, niſi quod in occidentem quàm in orientem anguſtius ſpectat par & quadrata vndique, & nuſquam nõ aliquanto ſpatioſior quàm vbi latiſsima eſt Corſica. Cęterùm fertilis, & ſoli quã cęli melioris: atque vt fœcunda,

cunda, ita penè peſtilens. In ea antiquiſſimi populorum ſunt Ilienſes: vrbium antiquiſſimæ Calaris, & Sulchi. At in Gallia, quas referre conueniat, ſolæ ſunt Stœchades, ab ora Ligurũ ad Maſſiliam vſq; diſperſæ. Baleares in Hiſpania contra Tarraconenſia littora ſitę non longè inter ſe diſtant, & ex ſpatio ſuo cognominibus acceptis, maiores minoréſque perhibentur. Caſtella ſunt in minoribus, Iamno, & Mago: in maioribus, Palma & Polẽtia coloniæ. Ebuſos è regione promontorij, quod in Sucronenſi ſinu Ferrariam vocant, eodem nomine vrbem habet, frumentis tantùm non fœcunda, ad alia largior: & omnium animalium quę nocent adeò expers, vt nec ea quidem quę de agreſtibus mitia fiunt, aut generet, aut ſi inuecta ſunt, ſuſtineat. Contra eſt Colubraria, cuius meminiſſe ſuccurrit, quòd cùm ſcateat multo ac malefico genere ſerpentum, & ſit ideò inhabitabilis, tamẽ ingreſsis eam intra id ſpatium, quod Ebuſitana humo circumſignauerunt, ſine pernicie tuta eſt, iiſdem illis ſerpentibus qui ſolẽt obuios appetere, aſpectu eius pulueris, aliúdue, quod verius, procul & cum pauore fugientibus.

### *ANNOTATIONES In Caput VII.*

Gades inſula, quæ egreſsis fretum obuia eſt, admonet, ante reliquas dicere, quam in oceani littora terrarúmq; circuitum, vt initio promiſimus, oratio excedat]

*Gades inſula, hodie Cadis & non Calis ut quidam hiſpani putāt, legi enim in libris mercatorum.* Genuenſium *in hac inſula habitantium, & præcipue in libris epiſtolarum ad alios mercatores miſſarum in Datis literarum ſcriptum fuiſſe ex Cadis, & non ex Calis, inſula eſt extra fretum parum diſtans à continenti, ſtatio eſt maxima nauium, quæ ex oriente in ſeptentrionem nauigant, & contra vulgus hanc ſtationem ſcalam nūcupare ſolet, dicam poſtea, Mela ait hanc eandem inſulam monere illum ut antequam dicat de inſulis Oceani, prius dicat de Inſulis maris noſtri .i. mediterranei.* Paucæ ſunt in Mœotide] *erit fortaſſis aliquis argutul', qui quæret, quî fit, quod Mela incipiat à palude Mœotide. Dicā in primis pal' ipſa eſt ſupra totam* Galliam, *Italiam & Hiſpaniam, nam eſt Borealior, & propterea voluit Mela à Borealibus initium ſumere, deinde quod videret veteres quàmuis falſo putaſſe Mediterraneū mare fluere ex palude in fretum* Gaditanum: *pauce inquit, quia tātum eſt vna Tana videlicet.* Paucæ in Ponto] *Peuce, Aria, Thynnias, & duæ Cyaneæ, In propontide procōneſos,* Extra Helleſpontū] *Tenedos Sigæis aduerſa littoribus.* Et quo dicentur ordine ad promōtorium Tauri montis expoſitæ, id eſt, in Lycia, quas quidam putauere μακάρων] *Refert iam omnes inſulas, quæ ſunt ab Helleſpōto ex parte Aſiæ in mari Aegeo vſque ad promontorium Tauri montis in Lycia & ſunt, quæ ſequuntur.* In Troade Leſbos] *nūc Mitylene, Metellin' ab oppido præcipuo, quod in illa eſt Mitylene.* In Ionia Chios & Samos] *Chios nunc dicta Xio eſt* Genuenſium, *ſed pendent* Genuenſes *tributum Solymano Turcæ, Samos fuit olim Pathmos inſula dicta, in qua exulauit Diuus Ioannes euāgeliſta.* In Caria Cos] *antea Coo patria Hippocratis excellentiſſimi medici.* In Lycia Rhodos] *hanc inſulā toto orbe celeberrimā & eccleſiæ olim Chriſtianæ propugnaculum deſcriberem, ſi Chriſtianorum ſemper fuiſſet, nunc vero clade maxima & incuria principum Chriſtianorum à Turcis expugnatam & oppreſſam non velim ad memoriam reuocare.* Cyprus] *Cyprus olim habebat ſuos reges legitimos magna Inſula & magnum regnum, quippe, quæ olim habuerit nouem regna, duas habet vrbes nobiliſſimas noſtro ſeculo & habuit Melæ ſeculo Salamina,*

*lamina & Paphos, & noſtris temporibus Nicoſiam, ſunt græci chriſtiani.* H*abũdat hæc inſula multis ac magnis mercib⁹, lata eſt, & infinitis penè arboribus cõſita.* Arados etiam in Phœnice eſt parua & quantum patet tota oppidum, frequens tamen, quia etiam ſubter aliena tecta ſedẽ ponere licet] *Ar hodie.* Homerico Carmine]

Νῆσος ἔπειτά τις ἐστὶ πολυκλύστῳ ἐνὶ πόντῳ
Αἰγύπτου προπάροιθε, φάρον ἐξ ἐκικλήσκουσι
Τόσον ἄνευθ' ὅσυόντε πανημέροι γλαφυρὴ νηῦς
Ἤνυσεν ᾗ λιγὺς οὖρος ἐπιπνείῃσιν ὄπιθεν,

Athomonti lemnos aduerſa] *Lemnos inſula hodie Sidrio* Euboea] *inſula nũc Negropont inter ipſam & Bœotiã eſt mare quod Euripum vocant, Chalcis oppidum in Eubœa celebre in Olynthiacis Demoſthenis,* Salamis] *alij Salamina ferè in ſinu megarico aiunt illam eſſe ſubmerſam.* Agina] *hinc Paulus Æginета,* Calauria] *inſula vbi Demoſthenes exulauit et obiit.* Cephalenia] *Satis ampla inſula.* Corcyra] *hodie Corfu Venetorum in faucibus maris Adriatici,* Creta] *nunc Candia ampla & magnifica Inſula Venetorum ſed Veneti pendent tributum Turcæ* κιοῦ μέτωπον*.i. arietis frontem ſumma eſt fertilitas huius inſulæ maximè vini quod vocatur Malueſia, & moſcadelli exportatur bona pars in Angliam propterea quod huiuſmodi vina ſunt dulcia & amica ventriculo, Inſula eſt alioqui nobiliſsima & toto orbe celebris,* Sicilia vt ferunt aliquando Continens, & agro Brutio annexa, poſt freto maris ſiculi abſiſſa eſt] *Sicilia inſula, tinacria dicta à tribus promontoriis & triangula, ampliſsima nobiliſsima fertiliſsima & horreum Romanorũ tanta eſt ibi frumenti copia, ſola vna Sicilia & totam Italiam et maiorem* Hiſpaniæ *partem alit, vaſta eſt ſed populoſiſsima & frequens, ciuitates habet innumeras quarum præcipua eſt panormius, hodie Palerni, olim inſignis vrbs erant Syracuſæ. De Scylla & Charydi quod dicit fabulam eſſe conſtant, de freto anguſtiſsimo inter Siciliam & Italiam verum eſt, ſed quod aliquando Sicilia fuerit. annexa Italiæ certe non conſtat, id idem fabulati ſunt nugatores veteres de freto Gaditano, quod antea & Africa &* Hiſpania *coniunctæ eſſent*

regiones poſtea motu aquarum marinarum ceſsiſſe terras illas & intromiſſum mare fabulæ impudẽtiſsimæ, inſula eſt triãgula ad. Δ. literæ græcæ ſimilitudinem. Regis eſt Hiſpaniæ, oppida habet multa & nobiliſsima, Panormum nunc Palermo metropolis, ingens fama & nomine ciuitas, tria habet promontoria, Pachinũ vocatur, quod Græciam ſpectat] Pachinum hodie cabo paricio. Lilybæum quod in Africam à libya hoc eſt Africa dictum] reſpicit tecta Africam. Pelorum, quod in Italiam vergens Scylle aduerſum eſt] iſtud promontorium hodie vocatur. Caput Meſsinæ cabo de Meſsina. Meſſana] hodie Meſsina ciuitas opulentiſsima & ſtatio nauium, quæ in Orientem tendunt, Taurominium] nunc Tauernera. Catina] nunc Catania. Megarida] nunc Agoſta. Syracuſas] nunc Caragoca de Sicilia, vbi interfectus fuit Archimedes. Agragas] hodie Gergent. Heraclea & Thermæ] oppidula, ſed Thermæ hodie ſunt in precio vocantur Terminæ. Panormus] hodie Palermo metropolis ciuitas totius Siciliæ emporiũ maximũ quoq; totius inſulæ. Melita] inſula nũc Malta, hæc erat Cæſaris ſed eam dono dedit cõmẽdatoribus. S. Ioannis Rhodienſis. Corſica] nomen retinet. Sardinia] nomẽ retinet quãquam Sardegna hodie vocatur. Stachades] è regione fere Maſsiliæ. Baleares] duæ Maiorica & Minorica. Ebuſos] Ayuica hodie ferè è regione Valentiæ. Contra eſt Colubraria] hodie dicitur la Diagonera.

## APPENDIX.

Gades Inſula nunc Cadis dicta tota eſt mercatorum & œcopolarum nam vt dixi eſt optima ſtatio eſt regis Hiſpaniæ, in templo illius erat olim antequam ibi eſſent Chriſtiani Idolum Herculis ſenecta penè dirutum parum diſtat à continenti, pendet multum regi Hiſpaniæ propterea quod non poſſunt nauigare ex ſeptentrione in Orientẽ naues Oriẽtales niſi illa inſula trãſeant et accipiant Naute recentem aquam panem etiam tenerum et vinum vniuſcuiuſq; generis generoſiſsimum, has ſtationes ſcalas nautæ appellare ſolent. ex continenti videntur accenſæ candelæ in illa inſula. Inſulæ Mæotidis paucæ quidem ſunt, vna eſt præcipua, Tana, nomen retinet

olim

*olim erat venetorum nunc Turcæ. In Ponto paucæ, Peuce, Aria Thynnias, duæ Cyaneæ iſtæ duæ Cyaneæ cum ex longa diſtantia viſuntur vna eſſe, neque ſunt magni momenti Tenedos nomen retinet ibi claſsis græcorum aliquo tempore latuit, nihil aliud habet celebre. Lesbos inſula aduerſa Troadi nomẽ habet ab oppido præclaro, quod in ea ſitum eſt Metelim, inſula eſt ſatis diues & emporium mercatorum euntium Conſtantinopolim & Peram. Chios, & Samos, Chios Genuẽſium, inſula parua quidem ſed apta mercatoribus Genuenſibus & aliis quoque vel ſtatione quadam, tam propagata eſt ibi natio Genuenſium, vt fere nemo ſit ibi qui nõ ſit Chiotus, De Samo dixi, De Coo patria Hippocratis alumni ſui gratia dicã, eſt inſula propè fauces maris Ægei inuiſa Rhodiis & Caribus, & vt audio odium eſt antiqum quamquum non magni ſit ponderis. Rhodos Miſera inſula habitata à Turcis, antea magni nominis dixi de ea. Cyprus olim ſuos reges habuit legitimos tributarios Turcæ. Vltimus rex duxit vxorem nobilem quandam venetam, vt conciliaret ſibi totam illam rempub. interim obiit manſit vxor vidua abſque prole, veneti cum viderent fœminam ſolam in regno perſuaſerunt illi vt ex Cypro migraret venetias ſe curaturos rempubl. Cypriam pollicentes, credo nunc eſſe venetorum vrbes habet permultas ſed præcipuas Salamina hodie famaguſtam, Nicoſiam, & alias. Lemnos Inſula in Ægeo mari duæ fuerunt in ea ciuitates, fuerunt quidem ſeculo Melæ ſed nunc extant Myrina, & Mediterranea Hephæſtia, Eubœa inſula nunc dicta negropont ad Helladem inter eam & continentem eſt Euripus, mare quidẽ eſt fluens & refluens rapide perpetuo. Eſt ibi oppidũ Chalcis celebre apud Demoſtenẽ in Olynthiacis. Salamis in ſinu megarico olim nobilis et vt dictũ mihi eſt vel deleta, Ægina in eodẽ ſinu megarico patria Pauli Æginetæ doctiſsimi medici, Calauria, inſula, in qua exulauit Demonſtenes & obiit, hodie nullius momenti. Corcyra, venetorum eſt, Corfu hodie oppidum inter alia habet munitiſsimum & arcẽ inexpugnabilem in faucibus poſita maris adriatici, Creta inſula olim inſularum omnium nobiliſsima magna eſt & multis nominibus clariſſima, in ea olim fuerunt oppida centum nunc diminutus eſt numerus. ſed ex his magni nominis eſt Candia ex quo loco innumeræ mer-*

ces exportantur in Angliam, Hiſpaniam & alia loco, duo præcipue genera vinorum alterum vocatum malueſia alterum appellatum moſcatellum, ſunt in ea alia oppida in quibus reperiuntur huiuſmodi vina generoſiſsima, gentes illius regionis vocantur Candioti, eſt hæc inſula venetorum, qui magnum pēdent tributum Turcæ. Sicilia ampliſsima inſula & magnifica & verè nobilis epiſcopatibus magnis decorata, ciuitatibus clariſsimis & munitiſsimis, oppida inter alia habet panormum nunc dictū Palermo metropolim, ciuitas eſt maximum mercatorum emporium ampliſsima populoſiſſima, eſt ibi oppidum Meſſana ad fretum ſiculum ciuitas quoque emporio maximo mercatorum inclita nunc Meſina, portus eſt egregius & munitiſsimus ciuitas opulenta. In eodem latere ſunt Syracuſæ, eo memorabiles, quod Archimedem tulerunt inſignem mathe maticū, ciuitas eſt ditiſsimorum ciuium. inde Catana oppidum totum nobilium, & ciuitas maxima & portus Depranum nunc Trapena, Hæc inſula tantum fert frumenti, vt & ſibi & Italiæ & bonæ parti Hiſpaniæ ſufficiat, hinc eſt, quod olim horreum vocabatur romanorum neque ab re bellum fuit inter Carthaginenſes & romanos nam cum vtrique viderēt inſulam frumento abundantiſsimam cupiebant eſſe domini hinc tria illa bella punica, Melita nunc Malta, cuius ſitū quia ornatiſsimus ac doctiſsimus vir Ioannes Quintinus exacte deſcripſit nam vidit: nihil in præſentia dicturus ſum, tantū mittam lectores ad libellum ſuum Impreſſum de ſitu iſtius inſulæ. Sardinia. Inſula fertiliſsima & vaſta oppidis magnis & multitudine pagorum inſignis, epiſcopatus habet & archi epiſcopatus ditiſsimos, ſolum tamen & aura eſt inſalubris ob humiditatem, & propterea exteris non aſſuetis illa inſula eſt peſtilentiſsima, hæc vt Sicilia regis eſt Hiſpaniæ Philippi, Ciuitates præcipuè ſunt Calaris archiepiſcopatus, Oriſtagnus archiepiſcopatus, Algueria epiſcopatus, regio eſt omnibus habundans rebus, Sardegna nunc vocatur. De Balearibus inſulis dicā, duæ ſunt Maiorica & minorica, De Maiorica tantum dicam quam vidi natus annos quatuordecim, Inſula eſt parua, ſed populoſiſsima, præcipua ciuitas vocatur mallor qua hodie & eſt epiſcopatus ſolus in illa inſula: oppidula habet quæ ego cum totam inſulam percurrerem magna & ad mare munitiſsima,

vidi

*vidi.Maiorica eſt ciuitas magna & populoſa,habet portum verè inſignem ſumum tẽplum reſpicit mare,cui vſq; adeò eſt propinquũ vt nautæ ex nauibus poſsint audire ſacrum ſummum in templo , in hac ciuitate ſunt magnæ ſubterraneæ foſſæ templum eſt & amplũ & ſtructura romana ædificatum,oppidula,quæ ego inuiſi ſunt hæc maiora , Alcudia,Manacor,Soller , Pollencia,Arta,& Hingue, ſunt & multa alia,quæ longum eſſet referre , ex fonte quodã extra vrbem fluit aqua dulciſsima & clariſsima per totam vrbem , eſt iuxta vrbem arx quædam in monte vocata bel ver.i.bellum videre munitiſsima & magnæ iocunditatis. Ebuſos hodie è regione valentiæ noſtræ nunc Aeyuiſſa parua quidem inſula ſed valde abundat ſale ita vt illuc mittantur mali homines & homicidæ ad fodiendum ſalem.in hac Inſula nullũ eſt animal venenoſum neque quod malefaciat,non fert terra illa. Eſt ibi oppidum eiuſdem nominis,& magnum & munitum. Colubraria,hodie dicitur la draganeraa,à Draconibus & maleficis animalibus.*

# POMPONII MELÆ DE SITV ORBIS LIBER III.

## Extima Hiſpaniȩ littora. Cap. I.

DIcta eſt ora noſtri maris, dictȩ inſulȩ quas amplectitur, reſtat ille circuitus, quem (vt initio dixim⁹) cingit oceanus ingens & infinitũ pelagus, & magnis æſtibus cõcitum (ita enim motus eius appellant) modò inundat campos, modò latè nudat ac refugit, nunc alios alióſque inuicem, neque alternis acceſsibus, nunc in hos, nunc in illos impetu verſum. Sed vbi in omnia littora, quanuis diuerſa, terrarum inſularúmque ex medio pariter effuſum eſt rurſus ab illis colligitur in medium, & in ſemetipſum redit, tanta vi ſemper immiſſum, vt vaſta etiã flumina retro agat, & aut terreſtria deprehendat animalia, aut marina deſtituat: neque adhuc ſatis cognitum eſt, anhelitúne ſuo id mundus efficiat, retractámque cum ſpiritu regerat vndam vndiq;

ſi(vt doctioribus placet)vnum animal eſt: an ſint depreſſi aliqui ſpecus, quò reciproca maria reſidant, atque inde ſe rurſus exuberantia attollant, an luna cauſas tantis meatibus præbeat. ad ortus certe eius occaſuſque variantur, neque eodem aſſiduè tempore, ſed vt illa ſurgit ac demergitur, ita recedere atq; aduẽtare cõperimus. Huc egreſſos, ſequẽtéſque ea quę exeũtibus dextra ſunt, æquor Atlanticum, & ora Bæticę frontis excipit: quę niſi quòd ſemel iterúmque paululũ in ſemet abducitur, vſque ad flumen Anam penè recta eſt: Turduli & Baſtuli habitant. In proximo ſinu portus eſt, quem Gaditanum, & lucus, quem Oleaſtrum appellãt. Tum caſtellum Ebora in littore, & procul à littore Aſta colonia: extrà, Iunonis ara, templúmque eſt. In ipſo mari monimentum Geryonis, ſcopulo magis quàm inſulę impoſitum. Bætis ex Tarraconenſi regione demiſſus per hanc ferè mediam diu ſicut naſcitur, vno amne decurrit: pòſt vbi non longe à mari grandem lacum facit, quaſi ex vno fonte geminus exoritur: quãtúſque ſimplici alueo venerat, tãtus ſingulis effluit. Tum ſinus alter, vſque ad finem prouincię inflectitur, eumque parua oppida Olitingi, Onoba contingunt. At Luſitania trans Anam, quà mare Atlanticum ſpectat. primum ingenti impetu in altum abit, deinde reſiſtit, ac ſe magis etiam quàm Bætica abducit: quà prominet, bis in ſemet recepto mari, in tria promontoria diſpergitur. Anę pro-

ximum,quia lata ſede procurrens, paulatim ſe ac ſua latera faſtigiat, Cuneus ager dicitur: ſequens ſacrum vocant: Magnum, quod vlterius eſt. In Cuneo ſunt, Mirtylis, Balſa, Oſſonoba:in Sacro, Lacobriga,& portus Annibalis.in Magno Ebora. Sinus interſunt,& eſt in proximo Salacia:in altero Vlyſsippo,& Tagi oſtium,amnis aurum gẽmáſque generantis. Ab iis promontoriis ad illam partem quę receſsit,ingens flexus aperitur, in eóque ſunt Turduli veteres, Turdulorúmque oppida:amnes autem Munda in medium fere vltimi promontorij latus effluens,& radices eiuſdem abluens,Durius,Frons illa aliquandiu rectam ripam habet:deinde modico flexu accepto, mox paulùm eminet: tum reducta iterum,iterumque recta margine iacens ad promontorium, quod Celticũ vocamus, extenditur:totam Celtici colunt,ſed à Durio ad flexum Gronij:fluúntque per eos Auo, Celandus, Nebis, Minius, & cui obliuionis cognomen eſt, Limia. Flexus ipſe Lambriacam vrbẽ amplexus, recipit fluuios, Iernam & Viam. Partem quę prominet, Pręſamarci habitant:pérque eos Tamaris & Sars flumina non longe orta decurrunt:Tamaris ſecundum Arotebrarum portum:Sars,iuxta turrem Auguſti titulo memorabilẽ: cętera ſuper Tamarici, Neriíque incolunt,in eo tractu vltimi. Hactenus enim ad occidentem verſa littora pertinent: deinde ad ſeptentriones toto latere terra conuertitur,à Cel-

tico promontorio ad Scythicum vſque: hinc perpetua eius ora: niſi vbi modici receſſus, ac parua promontoria ſunt, ad Cantabros penè recta eſt. in ea primùm Artabri ſunt, & Ianaſum Celticæ gentis: deinde Aſtures. In Artabris ſinus ore anguſto, admixtum mare non anguſto ambitu excipiens Adrobicum vrbem, & quatuor amnium oſtia incingit: duo etiam inter accolentes ignobilia ſunt: per alia duo Mearus exit, & Narius ad Libuncam. In Aſturum littore Nœgaeſt oppidum, & três aræ, quas Seſtianas vocant, in peninſula ſedent: & ſunt Auguſti nomine ſacrę, illuſtrántque terras ante ignobiles. At ab eo flumine quod Saliam vocant, incipiunt orę paulatim recedere, & latę adhuc Hiſpanię magis magíſq; ſpatia contrahere, vſque adeò ſemet & terra anguſtãtibus, vt earum ſpatium inter duo maria dimidio minus ſit quà Galliam tangunt, quàm vbi ad occidentem littus èxporrigunt. Tractum Cantabri & Varduli tenent. Cantabrorum aliquot populi, amnéſque ſunt, ſed quorum nomina noſtro ore cõcipi nequeant, per eoſdem & Salenos, Saurium: per Autrigones, & Origeuiones quoſdã Neſua deſcendit. Deua Tritium Tobolicum attingit: deinde Ituriſſam & Eaſonem Magrada. Varduli vna gens, hinc ad Pyrenei iugi promontorium pertinens, claudit Hiſpanias.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput I.*

Reſtat ille circuitus quem vt initio diximus cingit Oceanus ingens & infinitum pelagus & magnis æſtibus concitũ ita enim motus eius appellant. modo inundat campos, modo late nudat ac refugit, nunc alios alióſque inuicem, neque alternis acceſsibus, nunc in hos, nunc in illos impetu verſum, & alia] *de fluxu et refluxu maris ſiue de æſtu, vt alij volunt mihi hic dicendũ eſt, neque tam præter inſtitutum, quam nonnulli putant, non eſt animus hic philoſophari, ſed cum conſidero has maris æſtutiones Pendere tum ex cœlo, tum etiam ex regiouum qualitate & temperamento, de quibus geographus agit. operæ præcium me facturum exiſtimaui ſi aliquid quàm breuiſsime de æſtu maris dixero, nolo confundere opiniones diuerſorum philoſophorum inter ſe inanes craſsi iudicij & minime acuti, Ariſtoteles præ nimio tedio et faſtidio iſtius quæſtionis contentus fuit tribus rationibus, quas in ſecundo Metereologicon recenſuit debiles profecto & mancas, neq; dignas tanto philoſopho, quibus addidit quædam geographica bone deus quàm aduerſa omnibus geographis, quæ cum primum abhinc annos ſex & viginti græcè legerem ſubriſi. dicam poſtea. De fluxu & refluxu maris ſemel fuit contentio Toleti mihi cum Gaſpare Contareno inſigni Phyſico, qui tunc erat orator Venetorum in Hiſpania, aderant huic contentioni Cardinalis Saluiati à latere legatus & epiſcopus S. Seuerini & alij docti philoſophi, Contarenus diſeruit de fluxu & refluxu perdocte vt erat vir eruditiſsimus, interim antequàm reſponderem & dicerem ſententiam meam ecce ſubito interuenit Comes Baltaſar Caſtilioneus mãtuanus autor illius libelli cui Cortegiano titulus eſt, ſummus peripateticus, propugnator Ariſtotelis vſq; ad aras. Reliquimus tunc Ariſtotelem in hoc argumento non ſatis magnum geographum, quod ægrè ferebat Comes Baltaſar, vt tam inſignum philoſophum & priniipem omnium philoſophorum omitteremus.*

### Quæſtionis huius explicatio.

*Hæc quæſtio vnam aliam ſecum adfert quæſtionem, prior quæ-*

*rit*

*rit vnde iſte fluxus & refluxus poſterior vnde hæc continua duratio & perpetua, quod ad prius attinet quoniam decreui in ipſius præſcrutatione aliquid dicere, velim in primis id dent mihi geographi, quod iam definitum eſt apud peripateticos, hunc mundum inferiorem contiguum eſſe ſuperioribus lationibus, vt inde eius virtus gubernetur, hæc ſunt manifeſta experientia. Deinde terram eſſe in vno loco altam & alio infimam, poſtea ventos alio & alio modo in variis regionibus flare, deinde fluuios eſſe in vno loco profũdos & in alio minimè, præterea fluxum & refluxum fieri tam in locis in quibus non eſt fluuius quam in iis, in quibus eſt. Quod attinet ad cœlum ipſum ex æquo agere, ita vt habita ratione eius quod patitur ſi nihil obſtet, quominus agat perpetuo agere, ad hæc corpora cœleſtia horũ inferiorum eſſe cauſas vniuerſales & ex diuerſitate materiæ ſiue eius quod patitur varios quoque habere effectus. illud quoque velim mihi dari lumen quod cunque ſua natura Calfacere. deinde lunam non tantum agere lumine ſed etiam virtute quadam humidũ mouente. vocant alij influentiam, nomine nõ ſatis cognito & aperto: Quod ſi concedimus mundum eſſe animatum & habere animam, non à vero aberit virtutẽ illius animæ per vniuerſum diffuſa eſſe quam vocant influentiam ſed ad huc hoc modo nullum erit ſingulare vocabulum quemadmodũ dicimus exhalationem & euaporationem, non dubiũ eſt cœlum agere in primis motu, nã ſine motu ceſſat effectus luminis & illius virtutis quæ influentia dicitur, poſtea lumine, deinde influentia. Lumine variis modis agit cœlum, nam aut agit lumine Solis veluti in plantis & aliis viuificãdo, aut lunæ lumine calfaciendo & virtute propria humidum mouente, in lunæ lumine ſecundum crementũ & decrementum eſt variatio effectus, in virtute illa mouente humidum quoque, ex maiore tamen & minore.*

*Cum hæc ita habeant & luna in aquam agat virtute mouente humidum & lumine calfaciente ex his duobus duo poſſunt deriuari effectus, alter ex virtute humidi alter ex virtute calidi videlicet luminis, humidum quidem variatur perpetuo ad perpetuam varietatem luminis, nam quanto lumen lunæ maius eſt tanto magis calfacit & ſuo calore mouet humidum. Luna in quartis ſuis & augmentum habet & diminutionem ſiue decrementum luminis, vt aperte*

*abſque demonſtratione videmus, videmus etiam fluxum & reflu-
xum ſequi lunæ crementum & decrementū nam in oppoſitione creſ
cit mare vltra ſolitum, vnde nautæ vocant illud crementum aquas
viuas, deinde.i.poſt crementum aquam diminui, quid igitur dicemꝰ
niſi lumen lunæ & virtutem illam cauſam eſſe æſtus maris, nam
quia eſt lumen calidum rare facit humidū & tunc illud extenditur
nam ex definitionibus Ariſtotelicis in quarto libro de motu, rarum
eſt quod habet partes ſuas inter ſe multum diſtantes, denſum vero
contra, calor luminis eſt cauſa fluxus, at virtus illa lunæ agens pro-
pria natura in humidum partes illas diſtantes inter ſe in ſe ipſas co
git & denſat, & hæc actio eſt cauſa refluxus, nam quod lumē ſuo
calore extendit, virtus illa natiua Lunæ.in ſeſe cogit ſua frigiditate
ſiue humiditate, & hanc dixi cauſam tunc fluxus & refluxus. Sed
in his animaduertendum eſt quod ſi fluxus fiat in fluuio aliquo cu-
ius deſcenſus ſit altus, tunc fluxus non erit tam vehemens, neque tā
longus, ſi vero deſcenſus aquæ fluuij fuerit vtcunque altus fluxus
erit vehemens & rapidus ſed refluxus tardus, iam ſi habeamus ra-
tionem ventorum continget quod influxu ventus erit ſecundus flu-
xui & citius fluet, quam aliis temporibus, & tunc refluxus erit tar
dior, & contra, omnia iſta expertus ſum ipſe tam in Anglia quā
in oceano ſeptentrionali, in rapidis fluminibus. Præualet impetus flu
uij ſed non omnino, vbi vero non eſt fluuius ſed tantum concretum
littus tunc vide an littus ſit altius mari quod ſi fuerit tardior erit
fluxus, poſſunt littora fieri altio ra aggeribus quemadmodū in Ze-
landia, Hollandia & Phryſia tunc aquæ fluxus altior erit & citiꝰ
refluet quam fluxit. Sit iſta regula generalis in Geographia, omnis
refluxus eſt velocior fluxu, ratio eſt, quia in refluxu eſt motus na-
turalis & cogitur aqua & redit ad locum ſuum naturalem, in flu-
xu recedit à ſuo loco naturali, ipſe hæc expertus fui in vtríſque locis.
Dixerit aliquis quando luna non lucet in noſtro hemiſphærio quo-
modo erit fluxus eodem modo in coniunctione. Dico Lunam mouere
aquas noſtri hemiſphærij quamuis ibi non luceat, nam lucet in alio
hemiſphærio in quo aquæ mouentur & cum illæ ſint noſtris conti-
nuæ fluunt & refluunt quoque noſtræ nam virtus lunæ agit etiam
in id quod non illuſtrat.*

## Qui fit quod mare bis fluat & refluat in quolibet die naturali.

*Motus Lunæ in ſuis quartis cauſa eſt iſtius perpetuitatis, nam cum moueatur Luna motu diurno ad rationem motus primi mobilis fit ut bis in die naturali fluat & refluat mare.*

## VT DOCTIORIBVS PLACET vnum animal eſt.

*Magna quæſtio apud veteres Ariſtotelis interpretes, tã græcos quam latinos ſit ne cœlum corpus animatum, Sentẽtia omnium interpretum eſt illud eſſe animatum, nulla eſt diſcrepantia, ſed animã illam ex peripateticorum ſententia non facere indiuiduum aliquod vna cũ materia Cœli, ſed eſt potius anima illa mouẽs cœlũ intelligẽtia haud dubie aſsiſtens non tanquam pars compoſiti quæ cum materia cœli vnum faciat, nam cœlum habet ſuam materiam & formam ex quibus ipſum conſtat, & dicitur hoc cœlum. Eſt tamẽ quidam Italus, qui nititur probare animam cœli eſſe illi cõiunctam & facere vnum indiuiduum id quidem nullo argumento: argumentum eius huc allaturus ſum: ſi anima cœli, mouet cœlum & eſt principium motus cœli, erit & natura. ex placitis Ariſtotelicis ſecundo* περὶ ἀρχῶν, *Hæc ſententia eſt hominis amentiſsimi nã definitio naturæ complectitur hoc precipuum. ſ. quod ſit principium eius in quo eſt, quod falſum eſt in anima cœli videlicet intelligentia. Ariſtoteles non vocat intelligẽtiam partem compoſitionis cœli, nam cœlum habet ſuam formam ſubſtantialem ex qua & materia fit id, quod dicitur cœlum. Hæc dicta ſint de anima cœli.*

## Si cœlum eſt animatum an vocabitur animal.

*Doctioribus inquit Mela, de Platonicis loquens, nam peripateticis non placet vocare cœlum animal: cum enim ſentire ſit animalis vel eſſe, nam eſt pars definitionis eſſentialis ipſius animalis, conſequens erit cœlum non eſſe animal, cum non ſentiat, definitio autem animalis eſt ſubſtantia animata ſenſibilis. Qui vocant cœlos animalia*

*malia quicunque illi fuerint, ſunt autem multi Platonem ſecuti ſunt certe inſenſibiles & planè inanimales ut interea hoc utar vocabulo. Ego vero cum Alexãdro meo omnium Ariſtotelis interpretum doctiſsimo cui hoc idem tribuit Simplicius dico Cœlũ nullo modo eſſe animal, neque videre, minus audire ac alios exercere ſenſus cum careat partibus organicis, argumenta quæ à Platonicis proferuntur, ſunt tam vana quàm vana ſunt ingenia eorum, qui illa proponũt propterea Mela cõditionæ locutus eſt, ſi ut doctioribus dixit.* Huc egreſſos] *.i. ex freto in mare Oceanum egreſſos.* Sequentéſq; ea quæ exeuntibus dextra ſunt æquor atlanticũ & ora Bethicæ frontis excipit] *mare at lanticum melius diceretur occidentale nam quid ad Hiſpaniam Atlas cũ multũ diſtet à littore hiſpanico, & ora Bethicæ frontis vſq; ad oſtia Anæ fluuij nam inde incipit Portugalia,* Quæ niſi, quod ſemel iterumque paululum in ſemet abducitur, vſque ad flumen Anam penè recta eſt] *ſemel in portu,* S. *Mariæ el puerto de.* S. *Maria hiſpanicè dictus & iterum, ad æſtuarium. S. lucæ. Ana fluuius hodie arabico vocabulo Guadiana vocatur.* Turduli & Baſtuli habitãt] *apud Ptolemæum lego Turdetani ſunt enim priores, ſunt, qui vocent Turdos, poſteriores ad occidentem ſunt baſtuli, tota hæc regio Turdulorum & Baſtulorum vſque ad* Anam *fluuiũ vocata olim fuit Vandaluſia, à Vandalis ibi olim habitantibus nunc vero eraſa. v. litera initiali Andaluſia vocata.* In proximo ſinu portus eſt] *hic portus ut dixi hodie vocatur portus. S. Mariæ vbi olim templũ erat Iunonis, quæ ibi colebatur, iuxta illum portum eſt Cadis inſula* Quem Gaditanum] *quia in eo eſt* Cadiz *inſula iuxta continẽtem.* Ebora] *nunc oppidulum,* Aſta] *olim egregium oppidum & colonia romanorum nomen retinet.* Iunonis ara & templum] *propterea dicitur promontoriũ Iunonis.* In ipſo mari monimentum Gerionis Scopulo magis quam inſulæ impoſitum] *non tanquã in inſula, ſed tanquam in Scopulo.* Betis] *Betis fluuius nunc* Guadalguebir. Cuneus ager] *hodie los Algarbes de Algezira.* Sacrum promontorium] *hodie dicitur caput. S. vincentij.* Mirtilis Balſa] *Myrtilis, noſtro tempore vaena. Balſa hodie Tauila.* Oſſonoba] *nunc ſiluera.* In ſacro lacobriga] *noſtra ætate Coymbra quæ tam expenſis regis portugaliæ inclyta eſt omniũ*

*diſci-*

*diſciplinarum academia.* In magno Ebora] *nomen retinet & vocatur Ebora ciudad,* Salatia] *hodie Setubal,* Vlyſſippo] *lis bona hodie Portugaliæ metropolis & celeberrimum mercatorum emporiũ magna eſt ciuitas ad mare & oſtium Tagi fluuij.* Amnis aurum gemmaſque generantis] *hoc fortaſsis fuit ſeculo melæ at noſtro minime, fuerunt noſtro ſeculo, qui hæc tentarunt ſed fruſtra,* Munda fluuius] *Mondaga hodie.* Durius fluuius] *hodie Duero.* Promontorium celticum] *hodie caput finis terræ.* Minius & limia] *Fluuij ſunt, Minius hodie Migno, limia liuia hodie,* Scythicum promontorium] *nunc cabo de figo caput fici, ad Fontem Rabiam.* Aſtures & Cantabri] *Aſtures nomen retinent aſturianos ab oppido Aſtorga dicti, Cantabri vt dixi hodie dicuntur montaneſes & biſcayni,* Varduli] *Vaſcones.*

## AVCTARIVM.

### Totius Hiſpaniæ collectio & Summa.

*Hiſpania parte maris* Mediterranei *Occidentali Oceano, & Septentrionali & ab Oriente Pyrenæis montibus diuiſa eſt, nõ ſunt montes Pyrenæi à paſtoribus olim incenſi vt nugatores aiunt noſtri temporis, ſed ob id, quod iam dixi principio iſtius auctarij. Diuiditur Hiſpania in tres partes Bethicam Luſitaniam & Tarraconenſem. Bethica hodie non eſt Granata vt fabulatores aiunt, ſed complectitur duas prouincias videlicet Andaluſiam & Granatam, itaque Granata pars eſt Bethicæ. Luſitania nunc non eſt ſola regio portugalenſis, ſed cõtinet Portugaliam quæ regis eſt Portugaliæ & regionem aliam quæ* Hiſpanice *extremum ſiue Eſtremadura vocatur, Tarraconenſis, non ſolum habet Gothalaniam, Caſtellam Nauarram & Galliciam vt volunt iſti nugatores, ſed & Valentiam & Aragoniam & legionem, Quicquid autem adferunt ex ementito & conficto* Beroſo *vel dubium eſt, Falſum eſt tamen quod dicunt Aragoniam annexam eſſe* Gothalaniæ, *imo Gothalania Aragoniæ. Carthagena non eſt in regno Granatæ, vt mentiuntur qui aliena tractare cupiunt, neque* Haſdrubal *ædificauit ſed tantũ inſtaurauit. De Pallantia dixi: De Numantia di-*

*ſturus ſum, hodie vt dixi vocatur ſoria in regno Caſtellæ & Pallantia in regno Caſtelle, ſed Cæſarea Auguſta non eſt Caſtellæ, ſed Aragoniæ,* Neque Hiſpalis *& corduba ſunt in regno* Granatæ *vt ſomniant iſti qui geographi haberi volũt, ſed potius in Andaluſia. Emerita Auguſta nunquàm fuit in Portugalia ſed verius in illa parte Luſitaniæ quæ extrema dura dicitur ſubiecta Philippo regi* Hiſpaniæ. *Iſtis placet Carthaginem eſſe in aliquo præcio in* Hiſpania *& Tarraconem quod falſiſſimum eſt, cum illæ vrbes ſint iam oppidula.* Granata *non eſt metropolis* Bethicæ, *ſed Hiſpalis eſt Andaluſiæ &* Granata *regni Granatæ, neq; Barchinona eſt metropolis in Aragonia, ſed Cæſarauguſta, imo nec legio ciuitas eſt metropolitana niſi in regno legionis quod dicitur de Leon, & non Caſtellæ nam ſunt duo regna diſtincta regnum legionis & Caſtilliæ, Caſtella enim cum diuidatur in Caſtellam veterem cuius metropolis eſt* Burgos, *& nouam cuius Toletum non poteſt legio eſſe Caſtellæ nec veteris nec noue cum ſit regio ſeparata et regnum, nam olim regnum legionis fuit prius & antiquius regno* Caſtellæ. Gades *vero non ſunt propè regnum* Granatæ *imo maximæ diſiungitur* Granata *ab illa inſula. Iam quod iſti dicunt magni geographi quod* Hiſpania *eſt aliquibus in locis fertilis & fecundunda et in aliis Sterilis impudentiſſime mentiuntur, nam bona fide & certo id dixerim nullum eſſe palmum terræ in Hiſpania, quod non ſit fertiliſſimum, nam montes qui videntur deſerti eſſe, ſunt fertiliſſimi propterea, quod locantur aliis vel nutriendis ouibus, ſuibus, & aliis animalibus, quare miror cur homines iſti aiunt* Hiſpaniam *in præſcriptis locis non eſſe fertilem, nam Pomponius ait* Hiſpaniam *vſque adeo eſſe fertilem, vt etiam terræ, quæ nõ ſunt fœcundæ Spartum alãt. Qui dicunt linguam germanicam fuiſſe multis aliis regionibus cõmunem deſipiunt cum ſit lingua* Barbariſſima. *Impudentiſſimi hominis eſt, dicere linguam* Germanicam *eſſe aliis communem.*

Extima

## Extima Galliarum ora. Cap. 2.

SEquitur Galliæ latus alterũ, cuius ora primò nihil progreſſa in altũ, mox tantundẽ penè in pelagus excedens, quantum retrò Hiſpania abſceſſerat, Cantabricis fit aduerſa terris, & grandi circuitu inflexa, ad occidentem littus aduertit. Tunc ad ſeptentriones conuerſa, iterum longo rectóque tractu ad ripas Rheni amnis expanditur. Terra eſt frumenti pręcipuè & pabuli ferax, & amœna lucis immanibus: quicquid ex ſatis frigoris impatiens eſt, ager nec vbique alit, & noxio genere animalium minime frequens. Gentes ſuperbę, ſupeſtitioſę, aliquãdo etiam immanes, adeò vt hominem optimam, & gratiſſimam diis victimam crederent: manent veſtigia feritatis iam abolitę: atque vt ab vltimis cędibus temperãt, ita nihilominus vbi deuotas altaribus admouere, delibant: habent tamen & facundiam ſuam, magiſtróſque ſapientię Druidas. Hi terrę, mundíque magnitudinem & formam, motus cęli ac ſyderum, & quid dij velint, ſcire profitentur: docent multa nobiliſſimos gentis clàm, & diu vicenis annis in ſpecu, aut in abditis ſaltibus. Vnũ ex iis quę pręcipiunt, in vulgus effluit, videlicet, vt forent ad bella meliores, ęternas eſſe animas, vitamq; alteram ad manes. Itaq; cùm mortuos cremant ac defodiunt, apta viuentibus olim negociorum ratio etiam & exactio crediti defe-

rebatur ad inferos, erántque qui ſe in rogos ſuorum, velut vnà victuri, libenter immitterent. Regio quam incolunt omnis, Comata Gallia: populorum tria ſumma nomina ſunt, terminanturque fluuiis ingẽtibus. Nam à Pyrenęo ad Garumnam Aquitania: ab eo ad *S*équanam, Celtæ: inde ad Rhenum pertinent Belgæ. Aquitanorum clariſſimi ſunt Auſci: Celtarũ, Hedui: Belgarum, Treueri. Vrbes opulentiſſimæ, in Treueris, Auguſta: in Heduis, Auguſtodunum: in Auſcis, Eluſaberris. Garumna ex Pyrenæo monte delapſus, niſi cùm hyberno imbre aut ſolutis niuibus intumuit diu vadoſus, & vix nauigabilis fertur. At vbi obuius oceani exæſtuantis acceſſibus adauctus eſt, iiſdẽque retrò remeantibus, ſuas illiúſque aquas agit, aliquantùm plenior: & quantò magis procedit, eò latior fit: ad poſtremum magni freti ſimilis, nec maiora tantùm nauigia tolerat, verum etiam more pelagi ſęuientis exurgens, iactat nauigantes, atrociter vtique ſi aliò vẽtus, aliò vnda præcipitat. In eo eſt inſula Antros nomine, quam pendêre & attolli aquis increſcentibus ideo incolę exiſtimant, quia cùm videatur editior, aquis obiacet: vbi ſe fluctus impleuit, illam operit, nec vt prius tãtum ambit: & quod ea quibus antè ripę colléſque ne cernerentur obſtiterant, tunc velut ex loco ſuperiore perſpicua ſunt. A Garũnæ exitu latus illud incipit terræ procurrentis in pelagus, & ora Cantabricis aduerſa littoribus, aliis

aliiſque

aliíſque populis media eius habitantibus, ab Santonibus ad Oſiſmios vſque deflexa. Ab illis enim iterum ad ſeptentriones frons littorum reſpicit, pertinentque ad vltimos Gallicarum gentiũ Morinos, nec portu, quem Geſoriacum vocant, quicquam habent notius. Rhenus ab Alpibus decidens, propè à capite duos lacus efficit, Venetum & Acronium: mox diu ſolidus, & certo alueo lapſus, haud procul à mari huc & illuc diſpergitur, ſed ad ſiniſtram amnis etiã tum, & donec effluat Rhenus, ad dexteram primò anguſtus & ſui ſimilis: pòſt ripis longè ac latè recedentibus, iam non amnis, ſed ingens lacus, vbi campos impleuit, Fleuo dicitur, eiuſdémque nominis inſulam amplexus, fit iterũ arctior, iterũque fluuius emittitur.

## *ANNOTATIONES.*
### *In caput II.*

Sequitur Galliæ latus alterum] *ad Oceanum Britannicũ, nam alterum erat ad partem Mediterranæi, quæ eſt inter Varum fluuium & Caput crucis in Hiſpania, Mela pergit ad partem Galliæ ſeptentrionalem.* Cuius ora primo nihil progreſſa in altum] *à fonte Rabia vſque ad Caput. S. Matthæi in minore Britannia, non magnos facit ſinus, neque promontoria tam longa,* Mox tantundem, penè in pelagus excedens, quantum retro Hiſpania abſceſſerat, Cantabricis fit aduerſa terris & grandi circuitu inflexa ad Occidentem littus aduertit] *apud promontoriũ Gobeum. S. Matthæi in Britannia minore tantũ inquit promontorium Britannicũ exit in pelagus quantum Hiſpania apud fontem rabiã & bayonam abſceſſerat, tunc fit aduerſa & reſpicit cantabrica promontoria. i. tantum mari prominet Gallia*

*apud. S. Matthæum, quantum* Hiſpania *ſuis cantabricis promon-
toriis, grandi circuitu non quidem cauo ſinu ſed longo, vertit littus
ad Occidentem in promontorio Gobæo, vt dictum eſt, tunc à Go-
bæo promontorio Gallia ipſa ad Septentriones conuerſa.* Conuer-
ſa ad Septentriones iterum longo rectóque tractu ad ri-
pas Rheni amnis expanditur] *à Gobæo vſque ad oſtia Rheni*
Aquitanorum clariſsimi ſunt Auſci] *Aix hodie archiepiſco
patus,* Hedui] *Autunenſes, ex Autum,* Treueri] *Treuerẽſes. Tri-
er lingua vernacula.* Auguſta] *Auguſta treuerorum dicta nunc
Trier.* Auguſtodunũ] *vulgo Autum.* In Auſcis Eluſaberris]
Ax. Sanctonibus] *nunc Santonges.* Oſiſmios] *minores britan-
nos in armoricis ciuitatibus in Gobæo promontorio.* Morini Ter-
roanenſes] *iam funditus deleti, vrbs eorum antea Terroana dicta*
Geſoriacus portus] *Caletenſis Cales.* Lacus venetũ & Acro
nium] *in Heluetia.*

## Appendix & Collectio totius Galliæ.

Gallia diuiſa eſt in tres partes, Aquitaniam, Celticam
& Belgicam] *ſequutus eſt Mela* Cæ*ſarem in Comentariis. Plinius
cenſet Belgicam à* Sequana *vſque ad Schaldem fluuium tantum
protendi, ſed hoc nullo autore eſt Schalda fluuius is, qui præterfluit*
Antuerpiam, *Aquitania, nunc dicta* Guiena *eſt inter Pyrenæum
&* Garumnam *fluuium nunc dictum la* Garona, *ſed nomen amit-
tit paulo ante Burdegalam & vocatur Gerunda à fluuio ſubintrã-
te eius nominis, Ptolemæus ampliorẽ facit Aquitaniam, à Pyrenæis
videlicet vſque ad ligerim fluuium & tunc neceſſum erit fateri
multas regiones complecti Aquitaniam, in primis vaſcones* Biernẽ-
*ſes,* Burdegalen*ſes,* S*antones, Cadurcos Lemouicenſes, Petregorios,
Pictauienſes engoliſmenſes Bituriges. & alios in Vaſconia. Metro-
polis eſt* Burdegala, *in aliis regionibus vſque ad ligerim eccleſia Bi
turigum, ſed inter iſtos duos Archiepiſcopos eſt controuerſia maxi-
ma, nam vterque vult eſſe primas Aquitaniæ neſcio tamen an ad
huc lis ſit ſub Iudice,* Burdegala *magna ciuitas & omnium rerum
abundantiſsima, ibi eſt regis ſenatus totius Vaſconiæ qui vulgo par
lamentum dicitur, eſt Biturigum ciuitas altrix ſtudioſorum vtriuſ-*

*que*

que iuris.Pictauium quoque ciuitas vbi quoque eſt vniuerſalis academia vtriuſque iuris, artium & Theologiæ & alia multa oppida & præclara. A Garumna ad Sequanam Celtæ, ex diuiſione Cæſaris quam imitatur Mela ſed ex Ptolemæo à ligeri vſque ad Sequanam, ſunt in Celtica regiones multæ, regio lugdunenſis vulgo Lion Burgundi tam franci comitatus quam ducatus, Heluetij Niuernenſis regio, & Borbonenſis, Heduenſis, Gatinenſis. A Sequana vſque ad Rhenũ Belgica, hæc continet multo plures regiones, quam aliæ duæ partes, videlicet campaniam, Picardiã, Normaniæ partem, Attrebatenſem comitatũ, & Hanonienſem, Flandrenſem comitatum & bolognienſem, Ducatũ Brabantiæ, comitatum Hollandiæ zelandiæ & regionem Traiectenſem, Partẽ Gueldriæ Clauiæ & Iuliaci Leodienſem regionẽ, Namurcenſem & lucemburgenſem, & lemburgenſem Ducatum Lothoringiæ & Treuerim, Campania metropolim habet remenſem ciuitatẽ, Picardia Ambianenſem. Normania Rhotomagũ, Attrebatenſis Attrebatum hodie Arras, Hanonienſis metropolim habet Cameracũ, ſed quod attinet ad regionem ciuitatem quæ montes dicitur, flandrenſis ducatus Gandauum. Bolognienſis Bologniam oppidum natura & arte munitiſsimũ. Brabantia habet nunc Metropolim Antuerpiam, ſed vetuſtiorem & antiquiorem habet Louanium, Comitatus Hollandiæ & zelandiæ quod attinet ad eccleſiam habent Traiectũ Batauorum, quod ad ciuitates Hollandia habet Harlemũ, ſed Amſterredamum eſt emporium. Zelandia habet Middelburgum, regio traiectenſis habet Traiectum, oppidum inſigne in quo ſunt quinque collegiata templa & canonicatus diuites. Gueldria habet Metropolim Nouiomagum quamquã hodie ſit imperialis ciuitas propterea quod pignus eſt imperij, donec à Duce Guelrenſi quicunque ille fuerit liberetur reſtituta pecunia. Cleuia habet oppidum eius nominis & Iuliaci ducatus. Leodienſis regio vaſta eſt & etiam frequens. metropolis ciuitas eſt Leodium clariſsima atque opulentiſsima, & populoſiſsima, habet præter ſummũ templum multas eccleſias quas vocant collegiatas quarum præcipua templa ſunt. S. Dionyſij, Pauli & Martini, Eorum epiſcopus eſt dominus & temporalis vt dicunt & ſpiritualis, vocatur Georgius ab Auſtria Cæſaris Caroli Quinti, patruus. De quo dicam ingenue & libere & verè, neque hæc digreſsiuncula diſ

plicebit

*plicebit viris honeſtiſsimis & lectoribus candidiſsimis hic dominus illuſtriſsimus. Epiſcopus eſt Leodienſis, comes Loſenſis dux Bullonenſis & aliarum regionum comes. Princeps Imperij Romani, & inueſtitus à Carolo Quinto eius nepote, datis regalibus, quemadmodum ipſemet Corangiæ in horto narrauit mihi, is eſt, cui ego debeo & perpetuo debiturus ſum, patronus & mecœnas meus benigniſsimus & liberaliſsimus, non ſolum erga prophanos homines & imperitos, ſed etiam & maxime erga ſtudioſos & doctos viros, ipſe me honeſtauit colloquiis ſuis frequentiſsimis, quibus ego non erã dignus aluit domi ſuæ in menſa ſua tres annos integros, ſi omnia ſupputes, neque hoc Humaniſsimus dominus contentus, donauit inſuper me pecuniis. ſemel quinque & viginti aureis portugalenſibus, iterum & aliis coronatis, in ſumma ego iſti principi quantũ debeo non poſſum verbis explicare, animũ erga illum meũ vix poſſem oſtendere, Pontifex eſt ſua natura humaniſsimus & benigniſsimus. diceres alterũ Maximilianum patrem. Quod ad me attinet, hunc principem quàm diu viuã colam & venerabor, huius clementiam prædicabo, ſuã erga me liberalitatẽ promulgabo, venio vnde digreſſus fui. Namurcenſis regio non habet metropolim niſi Leodienſem eccleſiam, ciuitas metropolis Namurcum, Lucemburgenſis Lucemburgum, & Lemburgenſis, Lemburch in monticulo, Ducatus Lothoringiæ maximus metropolis fuit Metenſis ciuitas ſed poſtea quã ſe addixit imperatoribus Germaniæ imperialis facta eſt. id oppidũ expugnauit rex Henricus ſecundus Chriſtianiſsimus. hactenus de Gallia.*

## Coronis de Gallia.

Hæc *regio meorum ſtudiorum & laborũ teſtis eſt. Lutetiæ dedi operam literis eo tẽpore quo ars peſtifera ſophiſtica in ea Academia florebat, à qua auocauit me Dominus Iacobus Faber, qui tunc agebat apud Diuum Germanũ in ſuburbio, à Iacobo Rhodio Marci Muſuri nepote audiui literas græcas, quorum elementa audiueram in Hiſpania compluti à Demetrio Ducaſtretenſi olim Romæ profeſſoris literarum græcarum nomine Leonis ſummi pontificis,* Huic *regioni, quæ me pauperem aluit, tãtum debeo quantum meæ Valentiæ, quæ me genuit, in ea nactus fui mecœnates & patronos perquã*

multos

*multos, amicos innumeros ferè ex Senatorum ordine & ex aliis ordinibus. Sed te inter alios Renerēdiſſime, ac illuſtriſſime pontifex cui has vigilias conſecraui, in puerili ætate apud Collegium Nauarræ Lutetiæ.*

## Germania. Caput. 3.

GErmania hinc ripis eius vſque ad Alpes à meridie ipſis Alpibus: ab oriēte, Sarmaticarum confinio gentium: quà ſeptentrionem ſpectat, oceanico littore obducta eſt. Qui habitant, immanes ſunt animis atque corporibꝰ, & ad inſitam feritatē vaſtè vtraque exercent bellando animos, corpora ad cōſuetudines laborum. Maximo frigore nudi agunt antequam puberes ſint, & longiſsima apud eos pueritia eſt. Viri ſagis velantur, aut libris arborum, quanuis ſæua hyeme: nandi non patientia tātùm illis, ſtudium etiam eſt, bella cum finitimis gerūt, cauſas eorum ex libidine accerſunt: neque imperitandi prolatandíque quę poſſident (nam ne illa quidem enixè colūt) ſed vt circa ipſos quę iacent vaſta ſint. Ius in viribus habent, adeo vt ne latrocinij quidem pudeat, tantum hoſpitibus boni, mitéſque ſupplicibus, victu ita aſperi incultíque, vt cruda etiam carne veſcantur, aut recenti, aut cùm rigētem in ipſis pecudum ferarúmque coriis manibus pedibúſque ſubigendo renouarunt. Terra ipſa multis impedita fluminibus, multis montibus aſpera, & magna ex parte ſyluis ac paludi-

bus inuia. Paludum, Sueſia, Meſia, & Melſiagum maximæ. Syluarũ, Hercynia, & aliquot ſunt quæ nomen habent, ſed illa dierum ſexaginta iter occupans, vt maior aliis, ita & notior. Montium altiſſimi Taurus & Rhetico, niſi quorum nomina vix eſt eloqui ore Romano. Amniũ in alias gentes exeuntium Danubius, & Rhodanus: in Rhenum, Mœnis & Lupia: in oceanũ, Amiſius, Viſurgis, & Albis, clariſſimi. Super Albin Codanus ingens ſinus, magnis paruíſque inſulis refertus eſt. Acre mare quod gremio littorum accipitur, nuſquam latè patet, nec vſquam mari ſimile, verum aquis paſsim interfluentibus ac ſæpe tranſgreſsis, vagum atque diffuſum facie amnium ſpargitur: quà littora attingit, ripis contentum inſularum non longè diſtantibus, & vbiq; penè tantundem, vt anguſtum & par freto, curuánſque ſubinde ſe, longo ſupercilio inflexum eſt. In eo ſunt Cimbri, & Teutoni: vltrà, vltimi Germanię Hermiones.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput III.*

Germania hinc ripis eius vſque ad Alpes, à Meridie ipſis Alpibus, ab Oriente Sarmaticarum confinio gentium, qua Septentrionem ſpectat, Oceanico littore obducta eſt] *Germania ſeculo Melæ incognita erat, nec multo antea explorata fuerat à Cæſare dictatore, propterea Mela & de ea & de Sarmatia ferè nullam aut exiguam facit mentionem, hæc regio poſtea communicatione aliarum gentium, ciuitatum multitudine & architectura hodie valet, nam ferè medietatem Germaniæ cõplectebatur*

*plectebatur* Hercynia *ſilua in habitata. Nunc vero aliter deſcribenda mihi eſt habenti rationem eius autoris, quem ſumpſi interpretandum.*

## Germaniæ deſcriptio paulo longior ea, quæ eſt Melæ.

*Germania inquit hinc ripis, videlicet Rheni vſque ad Alpes, à Meridie ipſis alpibus, ab Oriente Sarmatia, à Septentrione Oceano, mirum quod reliquerit ab Occidente, non certe dixit, ſed cum ripas Rheni nominauit Occidentalem partem intellexit. Regio fuit olim nō tam lata. Quod ad mores attinet puto Melā loquutū fuiſſe de eorū moribus ſuo ſeculo, nunc vero ſunt alia ſecula, quanquàm de moribus eorum non velim quicquàm dicere poſt alios, qui ingentia volumina ſcripſerunt de* Germania, *neque iſti qui de Germaniæ ſcripſerunt poſſent tot de tota Europa dicere, quot iſti de Germania.* Paludum Sueſia Meſia & Melſiagum maximæ] *de paludibus iſtis nulla fit mētio in libris recentioribus noſtris.* Syluarum Hercynia] *ſylua olim fuit longiſsima vt refert noſter Mela cuius iter fuit dierum ſexaginta.* Danubius] *de Danubio dixi, de Rhodano poſtea dicam, quanquàm et alias dixi.* In Rhenum Mœnis & Lupia] *Mœnus fluuius Franfordienſis ſubintrans Rhenum in* Confluentia. Ius in viridus] *ſeculo Pomponij & nunc quoque niſi quod habent, ius commune & leges municipales.* Amiſius, Viſurgis & Albis clariſsimi. ſ. Fluuii] *Amiſius Em vulgo dicitur, Viſurgis nunc Vvelſer, Albi nunc Elb,* Sueuo] *nunc Spre, Viado hodie Odera,* Montibus Meliboco, Sudete, Abnoba, & Aſmiburgo] *Abnoba mons eſt vnde oritur Danubius.* Codanus ſinus & Codanus promontorium] *eſt tota Peninſula, quæ hodie Denmarch vocatur, Cymbrica* Cherſoneſos *antea appellata.*

## APPENDIX, SEV ADDITIO.

*Germaniæ termini apud veros geographos ſunt, Rhenus fluuius ab Occidente, Viſtula quoque fluuius ab Oriente, Oceanum ger-*

*manicum à Septentrione ab Auſtro diuertigium Danubi ad Auſtrum, iſti ſunt termini verè Germaniæ: hinc Ptolomæus. Rhetiam, & Noricum & vindeliciam & vtramque Pannoniam extra Germaniam eſſe affirmat, hoc etiam qui hoc negare videntur fatentur. Sed addunt, Germanos domo egreſſos ſuæ ditioni Germanicæ iſtas regiones iam dictas adiunxiſſe, bello ſuperatas, quibus rebus ſi voles habere fidem efficies Germaniam perquam Latiſsimam, Quod falſum eſt, et perpetuo erit cõmentum quoddam impudentiſsimum, quis non videt, regiones illas Rhetiam Noricum vindeliciam & vtramque Pannoniam ex omnibus qui ſcripſerunt eſſe à Germania ſeparatas? imo quod maius eſt Baſilea, Argentina ſpira, & Mogũtia, gitim & Bauaria non ſunt Germania, ſed regiones & ciuitates diſtinctæ à Germania.*

Argumenta validiſsima eorum, qui volunt aſſer ere has ciuitates & regiones eſſe partes Germaniæ.

*Primum eſt ſatis mancum & debile, in omnibus his regionibus loquuntur Germanicè ergo ſunt in Germania, ac ſi dicerent in Vallia regione Angliæ loquuntur, quemadmodum in Britãnia minore ergo eſt VVallia Britanniæ minoris, imo nulla erit illatio ſi hoc modo argumentatus fueris, Valentiæ loquuntur lingua Hiſpana, Caſtellana ergo Valentia eſt in regno Caſtellæ. Iam ſi dixeris in Sarmatia, Ruſia & VValachia, loquuntur Sclauonicè ergo illæ regiones ſunt in Sclauonia, qualis erit argumentatio.*

*Secundum iſtorum argumentum eſt in his regionibus habent incolæ mores germanos, igitur regiones illæ ſunt in Germania, ac ſi diceres Heluetÿ habent mores germanos ergo ſunt Germani, cum ſint Celtæ Galli, in Sicilia habent mores Italicos, igitur Sicilia eſt Italia, vel in Italia.*

*Tertium, Germani expugnarunt illas regiones vt volunt iſti nam neque hoc vnquam dabimus igitur illæ regiones ſunt in Germania, nam perinde eſſet hoc ac ſi diceres Gothi vicerunt Hiſpaniam igitur Hiſpania eſt in Gothia, & Galli ſuperarunt Italiam igitur Italia eſt in Gallia.*

*Hæc ſunt præcipua argumenta quibus conſtare aiunt* Germaniam *eſſe latiſſimam. De ſuperiore* Germania *& inferiore dixi totam il lam regionem galliæ belgicæ citra Rhenum non eſſe* Germaniã *Inferiorem, itaque neque Selſtadiũ, neque Argẽtina neque aliæ veluti ſpira & Vvormatiũ minus confluentia, Andernacũ, Bona,* Colo*nia & reliquæ, quæ ſunt Galliæ bellgicæ non ſunt* Germaniæ *inferioris, quia non ſunt* Germania*, à negatione generis ad negationem ſpeciei, At dico Vveſtphaliam omnem eſſe Germaniam inferiorẽ & vtramque Phryſiam, & partẽ Gueldriæ quia ſunt regiones propè oſtia Rheni. noſtro vero ſeculo non ſunt tot paludes & tot Syluæ in* Germania *nam ferè omnes ſunt habitatæ. poteſt fieri quod tempore Melæ Hercynia nõ eſſet habitata, cuius opinionis videtur fuiſſe, ſequutus Cæſarem in commentariis.*

## De Phryſia.

*De Phryſia quæ olim fuit ampla regio multi ſcripſerunt & ſatis doctè ſi veritatẽ in ſcriptis ſequuti fuiſſent, dixerunt fuiſſe olim latam & ita eſt, ſed ſubticuerunt illud videlicet vniuerſam Phryſiam vere Saxoniã eſſe ſiue partem Saxoniæ cũ ſit illud in ſuis ſcriptum annalibus, quare fuerit dicta Phryſia fabuloſe à multis ſcribitur, præſertim ab his, qui Beroſum quendam vt dixi ementitũ & fumoſum, imitantur, quare melius fuerit tacere quàm miſcere innumera nugamenta.* Hæc regio *diuiſa eſt in* Orientalem *&* Occiden*talem, quæ ambæ noſtro ſeculo paruæ ſunt, olim vero amplæ vt dixi, quarũ* Orientalis *nõ tota eſt Cæſaris Caroli Quinti, ſed præcipua eius ciuitas Groninga & alia quædam oppidula, illa pars quæ non eſt Cæſaris eſt diuiſa in comitatus* Occidentalis *tamen tota eſt, Caroli Cæſaris, & iſta eſt magis ciuilis & humana, quã* Orientalis, *in qua metropolis eſt Leoarden, pulchrum oppidũ & populoſum eſt enim ibi Senatus Cæſaris, qui vulgo parlamentum vocatur, deinde multi nobiles, quamquã nobiles ibi ſoliti ſint agere in ſuis villis, quas in ea regione poſſident. Phryſia* Orientalis *non eſt tã ſubiecta, nam* Groninga *eſt libera, ipſa creat ſibi magiſtratus & habet ſuas leges ciuiles,* Occidentalis *vero habet ſuas leges municipales vnà cum iure cõmuni, ego non vidi regionem tam paruã habere tot parrochias,*

*fuerunt nonnulli, qui narrarunt mihi cauſam tot templorum olim fuiſſe ibi, narrant contentionem inter nobiles de loco in illis templis, nam omnes volebant habere primũ locum, & cum hæc cõtentio in dies increbreſceret decreuerunt, qui poterat, aut in ſuis pagis erigere rochiam, et tunc vnuſquiſque eorũ ſedebat in primo loco domiſ ſuæ, hoc modo ædificata ſunt multa templa, In Phryſia Occidentali præter vnum aut alterũ oppidum magnũ, ſunt oppidula quædam pulchra, in quibus viſuntur ædificia magnifica. Valet* Regio *illa abbatiis monachorum & monialium, prioratibus, interim humidiſſima eſt & frigidiſſima, ſed magis humida quã frigida, in* Hieme *in itineribus non eſt locus equis, minus aliis vehiculis, tãtum cimba veheris quo lubet per ſtagnatas aquas interdum magni fœtoris, quẽadmodum in Hollandia,* Bibunt *ceruiſiam cuius in ea regione genera multa exportantur ex Dãtiſco Poloniæ ex Lubeco, et Amburgo, & iſta diuerſa adfertur: quoque genus Ceruiſiæ quæ vocatur Iopenbir quam cultro ſcindere poſſes & iſte potus eſt gratiſsimus & vẽtriculo vt illi aiunt vtiliſsimus, cibus ſunt carnes bubulæ vel duratæ fumo, vel ad extremum ſalſæ. quibus maximè abundat, Porcinis ſiue Suillis iiſdem modis paratis vt aliæ veſcũtur fontibus carẽt quia regio illa propterea quod olim mare eſſet vel inundata aquis marinis, ad altitudinem vnius palmi aquam reddit peſſimã, hæc Phryſia Occidentalis portum habet ſatis commodũ iuxta mare & oppidum Harlinguen nomine oppidulum eſt, quod ad mare habet arcẽ, munitam certe & fortem magna eſt in ea regione copia fœni. è regione Phryſiæ Occidentalis iuxta littus Phryſium ſunt inſulæ ſeptẽ aut plures, quæ montes videntur: vna earum habet pagos aliquot, reliquæ habent piſcatores, ſunt Domini Siuenberge quaſi diceres, ſeptẽ montium. Iuxta hanc regionem adherent à Meridie tres regiones, vna vocatur trans inſulania altera Drente, tertia & non trans Cyluania, quemadmodum exiſtimauit Iacobus Dauentrienſis in ſuis ſcriptis Tuente intra duo oſtia Rheni eſt regio quæ traiectenſis dicitur, in annalibus Traiectenſium inuenio, regionem vocatam fuiſſe* Batauiam *& ciuitatem magnã* Traiectum *Batauorũ, quamquam non velim refragari eorum ſententiæ qui aiunt Hollandiam eſſe quoque partẽ* Batauiæ *& totam illam regionem cũ* Hol*landia vocatam eſſe inſulam* Batauorũ, *nam ſunt duæ regiones cõ-*

*tinuæ*

*tinuæ,ego has regiones Galliæ belgicæ dixi eſſe, quia non ſunt omnino ꝟltrà totum Rhenum, nam ad huc reſtant duo oſtia, Quod ſi ꝟolunt has regiones eſſe Germanas non laboro. Habet Traiectenſe ſolum, ꝟt omittam maximũ templũ profecto omni laude digniſsimum ſtructura illi eſt ſatis magnifica, ſed magnificentior clerus qui re uera eſt ornatiſsimus, oppida habet multa, oppidula & pagos multos: frequens eſt, & nuſquam non nauigabilis.*

## De Hollandia.

H*ollandia inter duo oſtia Rheni ſita eſt, ꝟt Traiectenſis regio, Parua quidem eſt terra, ſed mirum quàm diues & magnis ornata oppidis ꝟt etiam exteri mirentur quî poteſt fieri quod tam parua terra tot magnis oppidis ornata ſit. alterum oſtiũ Rheni eſt, quod Traiectenſes* Batau*i* V*ꝟal ꝟocant & exit ad Dordracum, in ripa eius à Traiectenſi ꝟrbe per eandem ripã ꝟſque ad Dordracum nauigantes* Schonouia*m primum Hollandiæ locũ & mox Dordracum attingunt, oppidum in* Hollandi*a populoſiſsimum eſt Amſtherredamum, maximum* Hollandi*æ emporium mercatorum tam ſeptentrionelium quam Occidentalium Amſterredamis eſt commercium cum Polonis, Danis, Noruegiis,* Gothis, *Liuoniis & aliis Orientalibus et* Borealibus, *Amſterredamũ oppidũ eſt non magnum ſed frequentiſsimum, eſt quidẽ peninſula, eſt &* Harlemum *oppidum magnitudine ampliſsimum totius* Hollandi*æ ſed ꝟaſtum ac non frequens. Inde Leydis non tàm populoſum quàm ſplendidum & nitidum. inde à latere pagus eſt nobiliſsimus & delitiis domorum plenus ad mare Haga comitis ꝟocatum, ibi eſt ſenatus totius Hollandiæ, ſitus eſt amœnus in æſtate præſertim, quando arbores ꝟernant, ab altero latere in mediterranæis eſt Gouda oppidum magnum, ſed infrequens, ſequitur in littoribus meridionalibus Delfum oppidum elegantiſsimum & hoc nomine mihi gratiſsimum, quòd ibi inuenerim Cornelium Muſium Delfum amicũ olim Pictauij meũ, nunc moderatorẽ Delfi quarundã monialium Diuæ Agathæ. quem beneficiorum in me collatorẽ, hic honoris ergò nomino: ſunt ibi ditiſsimi mercatores ceruiſiæ, eandẽ partem ꝟerſus, eſt* Roterodamum *non magnum oppidum, tantum eſt ꝟicus ꝟnus prælongus & ditiſsi-*

*mús, inde ſequitur Dordracum, emporium quoque mercatorum præ ſertim vini phenenſis, hæc patria in Hyeme vt in Phryſia viſitur ſemper & peragratur Cymba per aquas ſtagnatas & ſordidas, interdum per paludes, ſunt & alia oppidula, Abbatiæ Cœnobia præcipuè monialium quas vocant beguinas & bigutas. his dictis regio nibus adiungitur Gueldria ducatus habens ad Septentrionē Vveſtphaliam, de Gueldria dixi, ſed rediens ad Boream Vveſtphalia occurrit.*

## De Vveſtphalia.

*Vveſtphalia à Septentrione habet Viſurgum fluuium, à Meridie Amaſim fluuium & Rhenum, ducatus eſt Archiepiſcoporũ Colonienſium, montoſa eſt & in locis quibuſdam deſerta, gens vtcunque rudis & minimè Affabilis, victus non gratus nam ferè totus ſuillarum eſt carnium ſupra modum ſalſarum potus indignus, qui guſtetur, nã vino carent, quandoque tamen habent in magnis oppidis ſed raro, Metropolis eſt Munſter ciuitas egregia epiſcopatus eſt, ciuitas ab eo tempore, quo combuſta fuit inſtaurata eſt, contigit conflagratio quando Anabaptiſtæ occuparunt ciuitatem, eſt & Padelboru ciuitas & caput epiſcopatus, quem cum eſſem Traiecti Batauorum, quod inferius vocatur, dicebant Traiectenſes datum fuiſſe præpoſito. S. Petri eiuſdem Traiecti, qui fuit filius Georgij Squingh, ſtrenui in bello ducis, Sunt quædam alia oppida & arces munitiſſimæ inter quas eſt Scheuenburg cum oppidulo cuius Comes eſt Reuerendiſſimus ac illuſtriſſimus dominus. Adolfus Archiepiſcopus Colonienſis Elector imperij quem de me bene meritum hoc in loco nomino nam cum eſſem Coloniæ in pago ſuo & Caſtro parum à Colonia diſtante tractauit me benigniſſimè ac humaniſſimè. Idem præſtitit illuſtris dominus Antonius Comes à Schauenburg archiepiſcopi frater Germanus, Præpoſitus. S. Seruarij Traiecti ad Moſam & decanus diui Gereonis coloniæ canonicuſque ſummi templi.*

## Sarmatia. Caput 4.

SArmatia intus quàm ad mare latior, ab iis quæ ſequuntur viſula amne diſcreta, quà retrò abit, vſque ad Iſtrum flumẽ immittit, gens habitu armíſque Parthicæ proxima: verùm vt cæli aſperioris, ita ingenii, non ſe vrbibus tenet, & ne ſtatis quidem ſedibus: vt inuitauere pabula, vt cedens & ſequens hoſtis exigit, ita res opéſque ſecum trahẽs ſemper caſtra habitat, bellatrix, libera, indomita, & vſque eò immanis atq; atrox, vt fœminę etiam cum viris bella ineant: atque vt habiles ſint, natis ſtatim dextra aduritur mamma, vt inde expedita in ictus manu quę exeritur, virile fiat pectus: arcus tẽdere, equitare, venari, puellaria penſa ſunt: ferire hoſtem adultarũ ſtipendium eſt, adeò vt non percuſſiſſe, pro flagitio habeatur, ſitque eius pœnę virginitas.

### *ANNOTATIONES In caput IIII.*

Sarmatia intus quàm ad mare latior ab iis quę ſequuntur, Viſula amne diſcreta, quà retro abit, vſque ad Iſtrum fluuium immittit] *De Sarmatia nunc dicendum eſt, ſed quia ſeculo Melæ nondũ tota explorata erat et nota, propterea ſuccinctiſſimè de ea loquitur, ego vero paulo latius, Sarm atia inquit intus, quàm ad mare latior, velim iam mihi dari iſtos geographos ex pictura, qui volunt* Geographicari *ex commentariis, vt mihi exponerent hunc locum, nam ſi ad mare interpretantrr hoc eſt ad mare ponticum, hoc erit aperte falſum, cum totam illam oram & totum illud littus à fontibus Tanais vſque ad Oſtia Danubij in*

*ponto incolant: Scythæ, ſi vero mare Oceanũ intellexerint, certum eſt Sarmatiam eſſe latiſsimam, propterea multo ſatius erit exponere hunc locum ex dictione Pomponiana, nam vt dictum eſt, Pomponius Scythiam ipſam ad mare mediterraneum exponit, & poſtea verſus Occidentem Sarmatas ad Oceanum, vſque ad Danubiũ à Meridie. Sarmatia igitur latior eſt intus.i.ab Oceano vſque ad partem Myſiæ inferioris, quàm à fontibus Tanais vſque ad Oceanum, inſpice veras Chartas & facilẽ cognoſces veritatem. Ab iis, quæ ſequuntur Viſula amne diſcreta. Iam iſtud ab iis, quæ ſequuntur quomodo interpretabimur? an hoc modo à Sarmatia? ita, vt ſit, Sarmatia diſtinguitur à ſeipſa, an, ab iis regionibus, quæ illam ſequuntur.i.à Scythia, falſum erit tunc, quod ab ea ſeparetur Viſula amne, quomodo igitur conſtabit ſibi Mela? Præterea ſi Germaniam intelligat vel Hermiones Germaniæ, illi non ſequuntur, ſed præcedunt potius ſuo ordine. Propterea iudicio meo, citra aliorum me doctiorum inuidia dico locum eſſe mendoſum, quod, ſi hoc modo legatur, ab iis, quæ ſequitur viſula amne diſcreta, locus habebit ſuum ſenſum perfectum, nam Sarmatia ſequitur Germaniam & Hermiones vltimos populos Germaniæ, itaque hic erit ſenſus, Sarmatia ab Hermionibꝰ quos ſequitur Viſula amne eſt diſcreta, quod verum eſt: legendum igitur erit ſequitur & non ſequuntur. Cæterum quæ poſtea colligit Mela de Moribus Sarmatium fortaſsis vera fuerunt ſuo tempore, nunc vero minime.*

## AVCTARIVM.

*Sarmatiã velimus nolimus. ſunt qui has omnes regiones complecti dicant, Poloniam, Ruſciam, Pruſiam, Lituaniam, Liuoniam, Podoliam, & Moſcouiam, quod non patiuntur veteres Geographi cum ſint ille regiones ſua natura diſtinctæ, addunt etiam (ſi dis placet) Poloniam ipſam, quàm illimet partem Sarmatiæ faciunt, concludere has regiones, aiunt imo & Scythiam partem eſſe Sarmatiæ. Sed quoniam hæc nullo argumento & ſumma audacia dicta ſunt, conabor non, pro libito, ſed tantum ex locis veterum Geographorum ignorantiam iſtorum oſtendere. Strabo in primis libro ſeptimo Sarmatas ait eſſe Scythas, deinde Herodotus, & Stephanus*

*de vrbibus: Sarmatæ inquit populi Scythiæ iuxta Danubium, & Plinius, libro. 4. Sauromatas ait gentes Scytharum græcos voca-re. Ego hos maxime miratus ſum præſertim cum terræ deſcriptores doctiſsimi haberi, velint, fuit ſemper Scytharum regio latiſsima quæ complectitur omnes prædictas & partem Sarmatiæ. Huius regionis pars eſt Polonia regio eſt magna & potens, Viſula amnis eam à Germania diuidit, Chriſtiana eſt cuius Metropolis Cracouia in mediterraneis, ſita eſt & Emporium magnum Dantiſchum ad Oceanũ, hæc ciuitas cum Cracouia ſunt citra Viſulam amnem, & re vera non ſunt Poloniæ, ſed potius Germaniæ ſi Viſulam facis amnem diſtinguentem Germaniam à Polonia, ſed ſunt tamen vnà cum multis aliis regis Poloniæ.*

## Scythia. Caput 5.

VNde Aſię confinia, niſi vbi perpetuę hyemes ſedent, & intolerabilis rigor, Scythici populi in colũt, ferè omnes etiã in vnũ Sagæ appellati. In Aſiatico littore primi Hyperborei ſuper aquilonem Rhiphęóſque montes ſub ipſo ſyderum cardine iacent, vbi ſol non quotidie, vt nobis, ſed primùm verno æquinoctio exortus, autumnali demum occidit: & ideo ſex menſibus dies, & totidem aliis nox vſque continua eſt. Terra anguſtà, aprica, per ſe fertilis, cultores iuſtiſſimi, & diutius quàm vlli mortaliũ & beatius viuũt. Quippe feſto ſemper ocio lęti, non bella nouere, non iurgia, ſacris operati maximè Apollinis, quorum primitias Delòn miſiſſe initio per virgines ſuas, deinde per populos ſubinde tradentes vlterioribus, morémque eum diu, & donec vitio gentium temperatus eſt, ſeruaſſe referuntur. Habitãt

lucos ſyluáſque, & vbi eos viuendi ſatietas, magíſque tædium cepit, hilares redimiti ſertis ſemetipſos in pelagus ex certa rupe præcipites dant: id eis funus eximium eſt. Mare Caſpium vt anguſto, ita longo etiam freto primùm terras quaſi fluuius irrumpit: atq; vbi recto alueo influxit, in tres ſinus diffunditur: contra os ipſum, in Hyrcanum: ad ſiniſtram, in Scythicum: ad dextram, in eum quem propriè & totius nomine Caſpium appellant, omne atrox, ſæuum, ſine portibus, procellis vndique expoſitum, ac beluis magis quàm cætera refertũ, & ideo minus nauigabile. Ad introëuntium dextram Scythę Nomades freti littoribus inſident. Intus ſunt ad Caſpium ſinum Caſpii, & Amazones, ſed quas Sauromatidas appellant: ad Hyrcanum Albani, & Moſchi, & Hyrcani: in Scythico, Amardi, & Pæſici, etiam ad fretũ Derbices. Multi in eo ſinu magni paruique amnes fluunt: ſed qui famã habent, ex Cerauniis montibus vno alueo deſcẽdit, duobus exit in Caſpium Araxes, Tauri latere demiſſus: quoad campos Armenię ſecat, labitur placibus & ſilens, neq; in vtram partem eat, quanquã intuearis, manifeſtũ cùm in aſperiora deuenit, hinc atque illinc rupibus preſſus, & quãto anguſtior, tanto magis pernix, frangit ſe ſubinde ad oppoſita cautium, atque ob id ingenti cum murmure, ſonanſque deuoluitur adeò citus, vt quà ex præcipiti caſurus eſt, in ſubiectam non declinet ſtatim vndam, ſed

vltra

vltra quàm canalem habet, euehat, plus, iugeris ſpatio ſublimis, & aquis pendentibus ſemetipſum ſine alueo ferẽs: deinde vbi incuruus, arcuatóque amne deſcendit, fit tranquillus: iterumque per cã-pos tacitus, & vix fluens in id littus elabitur. Cyrꝰ & Cambyſes ex radicibus Coraxici mõtis vicinis editi, & in diuerſa abeunt, pérque Iberas, & Hyrcanos diu & multum diſtantibus alueis defluunt: pòſt non longè à mari eodẽ lacu accepti, in Hyrcanum ſinum vno ore perueniunt. Iaxartes, & Oxos per deſerta Scythiæ ex Sogdianorum regionibus in Scythicum exeunt: ille ſuo fonte grandis hic incurſu aliorũ grandior, & aliquandiu ad occaſum ab oriente currens, iuxta Dahas primùm inflectitur: curſúque ad ſeptentrionem conuerſo inter Amardos & Pęſicas os aperit. Siluę alia quoque dira animalia verùm & tigres ferunt, vtique hyrcaniæ ſęuum ferarum genus, & vſque eò pernix, vt illis longè quoque progreſſum equitem cõ ſequi, nec tantùm ſemel, ſed aliquoties etiam curſu vnde cœperit ſub inde repetito, ſolitum & facilè ſit. Cauſa ex eò eſt, quod vbi ille interceptos earum catulos citus cœpit auehere, rabiẽ appropinquantium fruſtraturus, aſtu vnũ de pluribus omittit: hæ proiectum accipiunt, & ad cubilia ſua referunt, rurſumque & ſæpius remeant, atque idem efficiunt, donec ad frequẽtiora, quàm adire audeãt, profugus raptor euadat. Vltra Caſpium ſinũ quid nam eſſet, ambiguũ aliquãdiu fuit, idém ne ocea-

nus, an tellus infeſta frigoribus, ſine ambitu, ac ſine fine proiecta. Sed præter Phyſicos, Homerumque, qui vniuerſum orbem mari circunfuſum eſſe dixerunt, Cornelius Nepos, vt recentior authoritate, ſic certior tradit: teſtem autem rei. Q. Metellum Celerem adijcit, eumque ita retuliſſe commemorat. Cùm Gallijs proconſul præeſſet. Indos quoſdam à rege Sueuorum dono ſibi datos, vnde in eas terras deueniſſent requirendo, cognoſſe vi tempeſtatum ex Indicis æquoribus abreptos, emēſóſque quę intererant, tandē in Germanię littora exijſſe. Reſtat ergo pelagus, ſed reliqua lateris eiuſdem aſsiduo gelu durantur, & ideo deſerta ſunt.

## *ANNOTATIONES In Caput V.*

Scythiam] *aſiaticam deſcribit, nam cū iam delineaſſet & exponeret vniuerſam Scythiam Europeam ſequutus littora ſua* Septentrionalia *in Europa, auſpicatur nunc à* Scythia *Europæà &, littora Scythiæ Aſiaticæ littora depingit. Inde ex* Sarmatis*, qui & Scythicis comprehenduntur.* Aſia confinia Scythici populi incolunt] *Scythici intellige Aſiatici.* Ferè omnes in vnum ſagæ appellati] *alij dicūt Sacæ,* In Aſiatico littore primi Hyperborei, ſuper Aquilonem Rhiphęóſquę montes, ſub ipſo ſyderum Cardine iacent] *De Hyperboræis dixi & riphæis, ſub ipſo ſyderum cardine, hoc noſtris temporibus falſum eſſe comperitur.* Vbi Sol non quotidie, vt nobis, ſed primum verno æquinoctio exortus, Autumnali demū Occidit & ideo ſex mēſibus dies, & totidem aliis nox vſq; continua eſt] *Tempore Melæ regionem hyperboricam putabant omnes vltimam verſus Oceanū eſſe, inde nobis tradidit Mela rationem illam dierū aſtronomicam, quæ reuera falſa eſt in regione* Hyperborica. *quamquàm*

*quàm ita ſit in ipſo polo arctico, quem Mela & alij veteres cardinem mundi appellant in quo* Hyperboræi *minimè collocandi ſunt, regiones, quæ ſunt ſub polo habent vnum diem ſex menſium, & noctem totidem menſium, quia æquator eſt illis Orizon & inter polũ & æquatorem ſunt ſupra Orizontem*.180.*circuli cõtinui diei quod tempus eſt ſex menſium*, Terra anguſta, aprica, per ſe fertilis cultores iuſtiſsimi] *hic fuit error communis veterum omnium ex ignoratione regionum, in illa enim regione eſt intenſiſsimum frigus & vehementiſsimum, contrarium omnino fertilitati, nam eſt inimicum vitæ, huc accedit quod cum ſit aprica regio magis ac magis ibi frigeat*. Et diutius quàm vlli mortalium & beati⁹ viuunt] *nugamenta antiquorum geographorum, nam cum, vt dixi terra ſit frigidiſsima & frigus vehementiſsimum ſit planè inimicum naturæ, qui fieri poteſt, quod diutius viuant? error eſt non ferendus*. Quippe feſto] *quæ ſequuntur fabulæ ſunt*. Mare caſpium] *dixi hoc eſſe falſiſsimum, Lacus quidem eſt ſed non mare ex Oceano, neque habet introitum niſi fluuiorum multorum*. Freti littoribus] *dixi nullum eſſe ibi littus cum tantum ſit lacus*, Scythæ Nomades] *tartari ſunt confines Sauromatis*. Caſpij & Amaxones] *Tartari quoque ſunt minores, de Amazonibus dixi riſiſſe ſtrabonem fabulam & Herodotum ſed maxime Strabonẽ*. Ad Hyrcanum Albani & Moſchi & Hyrcani] *Sunt omnes Tartari ſubiecti Cham multi eorum vt dixi habeant ſuos quos vocant Catholicas tanquam regionum moderatores dixi antea*. Etiam ad fretum] *certe nullum eſt fretum cum non ſit mare lacus Caſpius*. Multi in eo ſinus magni paruique amnes fluũt] *et iſti ſunt qui faciunt lacum & non mare*. Sed qui famam habent, ex Cerauniis montibus vno alueo deſcẽdit, duobus exit in Caſpium Araxes] *ex monte ex quo Euphrates.*

## Corollarium.

*Quod ſint Tigres fera animalia, id conſtat, nam ipſe nuper vidi Bruxellæ, quod autem tanta ſint velocitate, legi quidẽ, ſed haud ſcio eſſe verum. animal eſt capite & vultu non abſimili felis ſed multo craſsiore & viuaciore, eſt non omnino album, ſed calore vel pa-*

*rum*

rum ab albo diſcendenti aſperſus maculis nō omnino quoque nigris, ſed ſubnigris pulchrum aſpectu ob maculas illas, ſed terribile ferocia illa, quam oſtentat.

Quod attinet ad Hyperboreos verum eſt, quod dixi, ſed qui ita ſentiunt, quod terra illa ſit fertilis poſſunt vti hoc argumento. Conſtat ex eorum opinione ſiue Hyperboræi ſint ſub cardine cœli ſiue non, ſed tantum ex iis quæ illi putant ſolem ſex menſes integros lucere in illa regione, ſi ita eſt, quantum caloris apud nos in terra temperata gignit ſol vno die tantumdem in centum & octoginta diebus in quibus Sol ibi lucet vel maiorem ſi igitur regio noſtra eſt temperata, illorum quoque regio erit temperata, conceditur illis antecedēs ſed non illatio conſequentis, illationem ita probant, cū Sol efficiat calorē in noſtra tēperata zona duobus modis, altero reffectione radiorū eius & diuturna mora cum ergo apud Hyperboreos Sol moretur ſex menſes & cum reflectione ſuorum radiorum non dubium eſt quin ibi ſit calor omnem delens ſterilitatem. hoc eſt argumentum quod ibi poſſent adferre probando ſuam opinionem. Vnico tamen verbo reſpondetur illis quod & ſi Sol continuis ſex menſibus ibi luceat, reflectio radiorum eius eſt perquàm exigua, nec poſſe tantum caloris conferre propter diſtantiam maximam inter eos & corpus planetæ diſtat enim ab eis corpus Solis quando eſt in primo puncto Cancri, 4200. milliarium, quæ milliaria reducta ad leucas recipiamus vt dixi hoc vocabulum lingua vernacula, reddunt. 1050. leucas tantum diſtat Sol ab eis cum eſt in primo puncto Cancri, nam non poteſt magis ad nos accedere.

De iis regionibus & fluminibus, quæ prædicta ſunt, quia longe remota à nobis & à commercio & à peragratione noſtra, nihil dixi, nam eas vix vnus aut alter ex noſtris peragrauit, & de illis in dubio res eſt propter montes in acceſſibiles, fluuios in gentes lacus & paludes, & infeſta animalia tantum hoc dixerim, hæc omnia poſſideri à Tartaris, qui ſolent ſubiectos ſuos tributarios habere vt Turca poſſident quidē Tartari à fontibus Tanais in Aſia totum eū tractū terræ, qui eſt vſq; ad finem Orientis, vltra Caſpium lacum verſus Septentrionē et Oceanū. Septentrionalē maxima eſt eorū potentia, & quia nemo ad eos niſi ſumma difficultate et diſcrimine vitę accedere poteſt, ſuperbi & crudeles, totus ille tractus, quē dixi Scythia

fuit,

*fuit, quæ diuidebatur in Scythiam intra Imaum, & extra Imaũ à Caſpio ſinu verſus Meridiẽ vſq; ad ſinũ Perſicum poßidet Sophos vulgo dictus Sophi ſiue rex Perſarum, interim quamquam ſint bellicoſißimi nam ibi ſunt Parthi vix poſſunt reſiſtere Tartaris vicinis, nam in dies aliqua regio ipſius Sophi à Tartaris expugnatur, Pars Scythiæ vſque ad fontes Tanais Sarmatia dicitur Aſiatica.*

## Hiſpaniç & ſeptentrionis inſulæ. Cap. 6.

HIs oris, quas angulo Bæticę hucuſque perſtrinximus, multę ignobiles inſulę & ſine nominibus etiam adiacent: ſed earum quas pręterire non libeat, Gades fretum attingit, eáque à cõtinenti anguſto ſpatio, & veluti flumine abſciſſa, quà terris propior eſt, penè rectam ripam agit: quà oceanum ſpectat, duobus promontoriis euecta in altum, medium littus abducit, & fert in altero cornu eiuſdem nominis vrbem opulentam, in altero, templum Ægyptij Herculis, cõditoribus, religione, vetuſtate, opibus illuſtre. Tyrij condidere: cur ſanctum ſit, oſſa eius ibi ſita efficiunt: annorum queis manet numerus, ab Iliaca tempeſtate principia ſunt, opes tempus aluit. In Luſitania Erythia, quam Geryone habitatam accepimus, aliæque ſine certis nominibus, adeò agri fertiles, vt cum ſemel ſata frumenta ſint, ſubinde recidiuis ſeminibus ſegetem nouantibus, ſeptem minimum, interim plures etiam meſſes ferant. In Celticis aliquot ſunt, quas, quia plumbo abundant, vno omnes nomine Caſſiterides appellant. Sena in Britannico mari Oſiſmicis ad-

uerſa littoribus, Gallici numinis oraculo inſignis eſt, cuius antiſtites perpetua virginitate ſanctæ, numero nouem eſſe tranduntur: Gallicenas vocant, putantque ingeniis ſingularibus prędıtas, maria ac ventos concitare carminibus, ſéque in quę velint animalia vertere, ſanare quę apud alios inſanabilia ſunt, ſcire ventura & prędicare, ſed non niſi dedita nauigantibus, & in id tantũ, vt ſe conſulerent profectis. Britannia qualis ſit, qualéſque progeneret, mox certiora & magis explorata dicentur. Quippe tam diu clauſam aperit ecce principum maximus, nec indomitarum modò ante ſe, verum ignotarum quoque gentium victor, qui propriarum rerum fidem vt bello affectauit, ita triũpho declaraturus portat. Cęterùm vt adhuc habuimus, inter ſeptentrionẽ occidentémque profecta, grandi angulo Rheni oſtia proſpicit: deinde obliqua retrò latera abſtrahit, altero Galliam, altero Germaniã ſpectans: tum rurſus perpetuo margine directi littoris ab tergore abducta, iterũ ſe in diuerſos angulos cuneat triquetra, & Sicilię maximè ſimilis, plana, ingens, fœcũda, verũ iis quę pecora quàm homines benignius alant. Fert nemora, ſaltus, ac prægrandia flumina alternis motibus modò in pelagus, modò retrò fluentia, & quędam gemmas margaritáſque generantia. Fert populos regéſque populorum, ſed ſunt inculti omnes, atque vt longius à continenti abſunt, ita aliarum opum ignari magis, tantum

pecore

pecore ac finibus dites,incertum ob decorem,an quid aliud vltro corpora infecti.Cauſas autem & bella contrahunt,ac ſic frequenter inuicem infeſtant, maximè imperitandi cupidine, ſtudióque ea prolatandi quę poſſident.Dimicant non equitatu modò aut pedite,verùm & bigis & curribus, gallicè armati.Couinos vocant, quorum falcatis axibus vtuntur. Supra Britanniam Iuuerna eſt, penè par ſpatio,ſed vtrinque æqualis, tractu littorum oblonga,cæli ad maturãda ſemina iniqui: verùm adeò luxurioſa herbis,non lętis modò, ſed etiam dulcibus,vt ſe exigua parte diei pecora impleant,& niſi pabulo prohibeãtur, diutius paſta diſſiliant.Cultores eius inconditi ſunt, & omniũ virtutum ignari,magis quàm alię gentes: aliquatenus tamen gnari, pietatis admodum expertes. Triginta ſunt Orchades anguſtis inter ſe diductę ſpatiis.Septem Hemodes contra Germaniã proiectę in illo ſinu,quem Codanum diximus. Ex iis Codanonia quam adhuc Teutoni tenent,vt magnitudine alias, ita fœcunditate antè ſtat.Quę Sarmatis aduerſa ſunt,ob alternos acceſſus receſſuſque pelagi,& quòd ſpatia queis diſtant, modò operiuntur vndis,modò nuda ſunt, aliàs inſulæ videntur,aliàs & vna & cõtinens terra.In his eſſe Oonas,qui ouis auium paluſtrium,& auenis tantùm alantur:eſſe equinis pedibus Hippopodas,& Satmalos,quibus magnę aures, & ad ambiendũ corpus omne patulæ,nudis alioqui pro veſte ſint,

prẹterquam quòd fabulis traditur, auhores etiam quos ſequi non pigeat, inuenio. Thule Belgarum littori oppoſita eſt, Graiis & noſtris celebrata carminibus. In ea quòd ſol longè occaſurus exurgit, breues vtique noctes ſunt, ſed per hyemem ſicut alibi obſcuræ, æſtate lucidæ, quòd per id tempus iam ſe altius euehens, quanquàm ipſe non cernatur, vicino tamen ſplendore proxima illuſtrat: per ſolſtitium verò nullæ, quòd tum iam manifeſtior nō fulgorem modò, ſed ſui quoque partem maximam oſtentat. Talga in Caſpio mari ſine cultu fertilis, omni fruge ac fructibus abundans: ſed vicini populi quæ gignuntur attingere nefas, & pro ſacrilegio habent, diis parata exiſtimantes, diiſque ſeruanda. Aliquot & illis oris, quas deſertas diximus, ẹquè deſertẹ adiacent, quas ſine propriis nominibus Scythicas vocāt. Ab iis in Eoum recurſus inflectitur, inque oram terrẹ ſpectantis orientem pertinet. Hẹc à Scythico promontorio appoſita, primum omnis ob niues eſt inuia: deinde ob immanitatem habitantium inculta. Scythẹ ſunt Androphagi, & Sagẹ, diſtincti regione, quia feris ſcatet, inhabitabili. Vaſta deinde iterum loca belluẹ infeſtant, vſque ad montem mari imminentem, nomine Thabin. Longè ab eo Taurus attollitur. Seres interſunt, genus plenum iuſtitiẹ ex commercio, quod rebus in ſolitudine relictis, abſens peragit.

*ANNO-*

*ANNOTATIONES*
*In Caput VI.*

His oris,quas angulo Bethicæ hucuſque perſtrinximus, multæ ignobiles inſulæ & ſine nominibus etiam adiacent,ſed earum quas prȩterire non libeat, Gades fretum attingit] *Angulum Bæthicæ vocat Iunonis portũ nunc dictam vt diximus puerto de.*S. *Maria.*Gades *inſulam dixi hodie vocari Cadis.*Vrbem opulentam] *de eodem nomine dictam. dixi fuſiſsime de Cadis eſt regis Hyſpaniæ & pendet illi maximum vectigal.*Tirij condidere] *mirum quod vel multa oppida condiderint Tyrij.Magna profectò ambitio oppidorum vt ſibi vnũquodque tribuat ædificationem aliorum oppidorum.*In luſitania Erythia] *nomen eſt vnius inſulæ vocatæ Londobris,quæ hodie cum aliis adiacentibus barlinquæ vocantur, ſunt regis Portugalliæ,*In celticis] *apud* Galaicos *è regione capitis finis terræ Caſsiterides,quæ hodie vno nomine* Biſargo *vocantur*, Sena in Britannico mari] *nunc Sayn,oppoſita capiti.S.*Matthæi *in armoribus ciuitatibus vbi ſunt Oſiſmici.*Britannia] *loquitur de* Britannia *maiore hodie dicta Anglia.*Quippe tamdiu clauſam aperit ecce principum Maximus] *Angliæ interiora diu Clauſa fuerunt* Romanis, *at maritima,quæ* Galliam *ſpectant explorata à Iulio Cæſare, iam dicit Mela de Claudio Cæſari, quod ſuo tempore aperuit eam, & interiora perquiſiuit & de ea triumphauit,quod nemini ant eũ romanorum contigit, quod Claudius penetrauerit & triumphauerit de Anglia autor eſt Suetonius Trãquillus, & hoc tempore floruit Mela ipſe.*Cæterum,vt ad huc habuimus inter Septentrionẽ Occidentémque profecta, grandi angulo Rheni oſtia proſpicit] *Grandis angulus eſt in eo Sinu in quo eſt oppidũ Valſingam dictum.*Ac ſic frequenter inuicem infeſtãt] *lege hoc modo hanc corruptam dictionem, ac ſe frequenter inuicem infeſtant* Supra Britanniã Iuuerna eſt, pene par ſpatio, ſed vtrinque æqualis] *Iuuerna, Hyberna ab alius multis & noſtro tempore dicta, vulgo Irlanda, ſed non par ſpatio* Britanniæ *ſed multo minor.*Triginta ſunt Orchades] *vltra Scotiam verſus Septentrionem,*Septem Hemodes contra Germaniam proiectæ

In illo Sinu, quem Codanum diximus] *ego tantum ſex lego.* Ex his codanonia] *quæ nunc See lant dicitur aliæ vero quinque minores lalād, falſter, rugia,* Bortlom, *& ſion,* Tyle] *notiſſima græcis & latinis,* De Talga] *nihil dico nam non eſt in Oceano, ſed in lacu Hyrcanico.*

## APPENDIX.

*De Erythia, quod hic dicitur falſum eſt, Sunt enim quatuor minores & quinta earum maxima, Senam dixit Mela oppoſitam eſſe oſiſmicis in Oceano* Britannico *regis eſt Galliarum.*

### De Britannia, quæ nunc dicitur Anglia Corollarium.

*De* Britannia *inſula, quæ nunc Anglia dicitur mentionem facit ſuccinctam Mela, quod ſuo tempore nondum erat explorata, tantum de moribus eo ſeculo illorum meminit, mihi autem, quod eam inſulam bis inuiſerim incumbit vt aliquid multo latius dicam, & fuſius regionem deſcribam, non poteſt hæc diuidi in duas, aut tres, aut quatuor partes, cum ſit ſibi ipſi coniuncta, ſed cum vniuerſam inſulam diuidemus tunc comprehendemus Scotiam, quæ pars eſt altera totius Britanniæ maioris, tantum eſt fluuius quidam, qui eas ſeparat Propterea diuidam vniuerſam Britanniam minorem in regiones duas maximas Angliam & Scotiam, De Anglia prius dicam hæc terra in comitatus & ducatus olim diuiſa fuit, in regiones tamen magnas comitatus & ducatus partita eſt à Meridie habet regionem Cantium appellatam, nunc Quent magna certe & aliquot oppidis habitata, Cantuaria, & Roffenſi nunc Rocheſter Cantuaria nunc Canturberi, & multis alиs oppidulis ex quibus præcipuum eſt Doueria pottus. Anglorum verſus Meridiem, habet & comitatum Sout ſoxtiæ, vbi Guilford, Arondel, Reding,* Hamton, *maris portus incipit, ab Occidente, inde Dorceſtria, vbi ciuitas & epiſcopatus, Salisberi vocata, ducatus olim fuit, cuius dux plurimum fauit ſtudioſis, eſt & ibi briſto oppidum & emporium mercatorum, Sunt & Somerſet & Excceter duo ducatus, & Deuonia. Cornubia quoque quæ Cornual vulgo dicitur, ad Orientē ſunt*

*ſunt, Eſſex comitatus, vbi Londinum Angliæ ciuitas inclita & emporium mercatorum celeberrimum ac maximi nominis. Inde etiã ad Orientem eſt ſuffolch ducatus, & Northfoulch alius ducatus, inde Eboracum, ciuitas & olim ducatus eboracenſis, eſt Eboracum archiepiſcopatus & ciuitas vaſta & minime frequens, templum magnificentiſsimum, regio illa Eboracenſis valet argento, plumbo, & ſtanno, Sequitur poſtea Nortumbria, ad Scotiam vſque, redeuntibus ad Occidentalem partem, ocurrunt lancaſtria ducatus & oppidum, Derbi in mediterraneis & Notingamiæ & Couentriæ, poſtea ad mare Occidẽtale eſt Vvallia principatus iſtius principatus incolæ loquuntur ferè græcæ imo & numerant, quod ego mirabar, multa alia poſſem dicere, ſed non vacat, tantum dicam de fertilitate regionis & aëre, & victu. Plana inquit Mela eſt, ſed non omni ex parte nã in Vvallia eſt mõtoſa. fecunda inquit eſt, verũ iis, quæ pecora, quàm homines benignius alant. hoc eſt profecto falſum, nam fert omnium granorum genera quæ homines alunt. quæ autem poſtea ſequuntur ad fabulas referuntur, in bello falcatis axibus curruum vtuntur, hos ego currus falcatos vidi Londini in hac ipſa inſula apud Vveſt monaſterium cum rex Henricus Octauus expeditionem pararet ad oppugnandam bologniam ad mare Oceanum De eius fluminibus & ortu eorum dicemus poſtea in deſcriptione fluminum vniuscuiuſque regionis & hæc de ipſa ſufficiant.*

## De Ibernia.

*Ibernia figuram habet altera parte longiorem nam ad Septentrionem duo habet promontoria vnum vocatur* Borion, *alterũ Robogolium. Ad Orientem Iſamnium &* Hieron *ad Occidentem, venionium, ad Meridiem Notium Inſula eſt plena paludibus duos habet populos, alteros vocant Syluestres alteros manſuetiores habentes nobis cum commercia, quẽadmodum frequenter cum hiſpanis Cantabris à quibus ipſi originem ducunt vnus Dominus Cãtabriæ vir fortiſsimus manu armata expugnauit inſulam iſtam, inde Ibernia ab Iberis dicta fuit, conſtat hoc ex armis, quibus ipſi vtuntur videlicet Iaculis communia enim ſunt illis cum cantabris, qui hodie byſcaini & montani appellantur, Iacula & apud eos et apud noſtra-*

*tes*

*tes cantabros. Dardi nuncupantur, imo ipſi iactāt ſe prodiiſſe ex illis Cantabricis regionibus, comitatus ſunt ibi multi, duo ſunt vt audiui in aula regis Angliæ præcipui, Comes Aſſemoniæ, & comes Aremoniæ. Comitē Aremoniæ vidi in aula regis, Aſſemoniæ nunquam et iſte eſt, qui imperat Ibernis ſyluaticis, ciuitates habent & oppida, præcipua ciuitas & metropolis eſt Dublin ad mare Septentrionale in hac ciuitate perpetuo eſt prorex, gerens vices regis Angliæ & Senatus totius Iberniæ, alia eſt ciuitas & verum emporiū Iberniæ dicitur Vvathaford, ad cuius portum confluunt multæ naues Orientis onuſtæ vino cretico & aliis mercibus, Ex Hyſpania per multæ onuſtæ quoque vino Hiſpanico ferro & ære, & plerisque aliis, humidiſsima inſula eſt & inſalubris, pannos habet piloſos quos Ibernias vocant nunc vero eraſa. i. initrali Bernias appellant, vtebantur his Berniis olim tantū nautæ, ſed hodie & in Anglia ſunt in precio fluuios habet ſed non magnos multos tamen. Notium promontorium nautæ exteri vocant caput maris, Ieron, promontorium Salangam, ibi ſunt ſubterranea quædam, quæ præbuerunt anſam fabulandi eſſe ibi purgatorium patricij in regione ſilueſtri,*

## India. Caput. 7.

NOtiſſima India non Eoo tantum appoſita pelago, ſed & ei quòd ad meridiem ſpectans Indicum diximus: & hinc Tauri iugis, ab occidente indefinita, tantum ſpatium littoris occupat, quantum per ſexaginta dies noctéſque velificantibus curſus eſt: ita multum à noſtris abducta regionibus, vt in aliqua parte eius neuter ſeptētrio appareat, alitérque quàm in alijs oris, vmbrę rerum ad meridiem iaceant. Cęterum fertilis, & vario genere hominum aliorúmque animalium ſcatet. Alit formicas non minores maxi-

mis

mis cannibus, quas more gryphorum aurum penitus egeſtum, cum ſumma pernicie attingẽtium cuſtodire commemorant. Immanes & ſerpentes aliqui, vt elephantes morſu atque ambitu corporis afficiant. Tam pinguis alicubi, & tam feracis ſoli, vt in eo mella frondibus defluant, lanas ſyluę ferant, arundinum fiſſa internodia veluti nauitas binos & quędam ternos etiam vehant. Cultorum habitus moréſque diſſimiles. Lino alij veſtiuntur aut lanis, quas diximus: alij ferarũ auiúmque pellibus, pars nudi agunt, pars tãtùm obſcœna velati, alij humiles paruíque, alij ita proceri & corpore ingentes, vt elephantis etiam, & ibi maximis, ſicut nos equis facilè atque habiliter vtantur. Quidam nullum animal occidere, nulla carne veſci, optimum exiſtimant: quoſdam tantùm piſces alunt. Quidam proximos parentéſq; priuſquam annis aut ęgritudine in maciem eant, velut hoſtias cędunt, cęſorúmq; viſceribus epulari, fas & maximè pium eſt. At vbi ſenectus aut morbus inceſſit, procul à cęteris abeunt, mortemque in ſolitudine nihil anxij expectant. Prudentiores eis, quibus ars ſtudiúmque ſapientiæ contingit, non expectant eam, ſed ingerendo ſemet ignibus, læti & cum gloria accerſunt. Vrbium quas incolũt (ſunt autem plurimę) Nyſa eſt clariſſima & maxima. Montium Meros Ioui ſacer: famam hinc præcipuam habent, quòd in illa genitũ, in huius ſpecu Liberum arbitrantur eſſe nutrium: vnde

Græcis authoribus, vt fœmori Iouis inſutum diceret, aut materia ingeſsit, aut error. Oras tenent ab Indo ad Gãgem Palibotri: à Gange ad Iolida, Nyſij, vbi magis quàm vbi habitetur, exęſtuat: atræ gentes, & quodammodo Æthiopes: ab Iolide ad Cudum recta ſunt littora, timidíque populi, & marinis opibus affatim dites. Tamos promõtorium eſt, quod Taurus attollit, collis, alterius partis angulus, initiumque lateris ad meridiem verſi. Ganges & Indus amnes, ille multis fontibus in Hæmodo Indiæ monte conceptus, ſimul vnũ alueum fecit, fit omnium maximus, & alicubi latius: quando anguſtiſsimè fluit, decem millia paſſuum patens, in ſeptem ora diſpergitur. Indus ex monte Paropamiſo exortus, & alia quidem flumina admittit, ſed clariſsima Cophen, Aceſinen, Hydaſpen, cõceptámque pluribus alueis vndam lato ſpatio trahit. Hinc pene Gangem magnitudine exęquat, pòſt vbi aliquot ſępe magnis flexibus cingit iugum, ingẽs iterum, rectus, ſolidúſque deſcendit, donec ad læuam dextramque ſe diducens, duobus oſtiis longè diſtantibus exeat. Ad Tamum inſula eſt Chryſe, ad Gangem Argyre, altera aurei ſoli (ita veteres tradidere) altera argentei, atque ita, vt maximè videtur, aut ex re nomen, aut ex vocabulo ficta fabula eſt. Taprobane aut grandis admodum inſula, aut prima pars orbis alterius Hipparcho dicitur: ſed quia habitatur, nec quiſquam circum eam eſſe traditur, pro-

pe verum eſt. Contrà, inde illa oſtia ſunt quę vocant Solis, adeò inhabitabilia, vt ingreſſos vis circunfuſi aëris exanimet confeſtim: & inter ipſa oſtia rara tenet regio, ob æſtus intolerabiles, alicubi cultoribus egens. Inde ad principia rubri maris pertinent inuia atque deſerta humus, & cineri magis fit quàm pulueri ſimilis: ideóq; per eã rara & non grandia flumina emanant, quorũ Tuberonem & Aruſacem notiſsima accepimus. Rubrum mare Græci, ſiue quia eius coloris eſt, ſiue quia ibi Erythras regnauit, ἐρυθρὰν θάλασσαν appellant, procelloſum, aſperum, profundum, & magnorum animalium magis quàm cætera capax: primò recedenteis oras æqualiter impellit, & vt non intret interius, aliquantum patens ſinus erat. Sed quas ripas inflexerat, bis irrumpit, duóſque iterum ſinus aperit: Perſicus vocatur dictis regionibus propior: Arabicus, vlterior.

## *ANNOTATIONES*
### *In Caput VII.*

Notiſsima India nõ Eoo tãtum appoſita pelago, ſed & ei, quod ad Meridiem ſpectans indicum diximus] *Eoo, id eſt, Orientali, et Meridionali, vt dixit in ſumma Aſiæ deſcriptione caput eſt ſecundum totius libri*. Et hinc Tauri iugis ab occidente indefinita] *hinc ab Eoo littore indefinita, id eſt, cuius finis planè non eſt notus, ſed perplexus.* Neuter Septentrio ] *id eſt, neutra ſtella pollaris, ſunt enim duæ: altera in Vrſa maiore, altera in minore.* Aliterque quàm in aliis oris vmbræ rerum ad Meridiem iaccent] *nam in aliis regionibus vmbræ rerum nunc ad Orientem, nunc ad Occidentem iacent hic*

*vero ad Meridiem, nam geographi Orientem vocant dextram & Occidentem ſiniſtram. In fine Arabiæ felicis vmbræ ſiunt ad ſiniſtram, id eſt, ad Occidentem ſemper, at cum Arabes Romam venirent mirati ſunt vmbras modo ad Orientem modo Occidentem fieri, ita enim Lucanus,*

Ignotum vobis arabes veniſtis in orbem.
Vmbras mirati nemorum non ire ſiniſtras.

Nyſa eſt Clariſsima] *in qua fingunt poëtæ natum fuiſſe Liberũ videlicet* Bacchum, *eſt et mons Meros Ioui ſacer in cuius ſpecu Liberum putant eſſe educatum, hinc vocatus eſt Dionyſos.* Oras tenent ab Indo ad Gangem Palibroti] *populi ſunt dicti à Palibotra ciuitate eorum metropoli totum illud littus quod eſt ab Indo ad Gangem olim tenebant potentiſsimi.* A Gange ad Iolida Nyſi] *à Nyſa ciuitate vt dixi,* Ad Tamum. ſ. promontorium] *in aurea Cherſoneſo, ſtrabo hæc ridet.* Taprobana] *nũc Sumathram,* Bis irrumpit, duos quæ ſinus iterum aperit] *loquitur de Rubro mari, non quidem de ſinu arabico, ſed de eo mari quod ſin us accipit Arabicus,* Perſicus vocatur dictis regionibus propior, Arabicus vlterior] *locus eſt corruptus, lege iſto modo. Perſicus vocatur dictis regionibus citerior, Arabicus vlterior.*

## AVCTARIVM.

*Indiam hic deſcribit Orientalem, nam Occidentalis nondum illis ſeculis explorata erat , quæ iam eſt Philippi* Hiſpaniarum *regis. Quod dicit Indiam aleræ formicas & alia vſque ad illum locum, Vrbium quas incolunt, dico eſſe nugamentum, ſed ne verba mea floccipendantur à lectoribus, audiant Strabonem, verba eius referam libri ſecundi, quæ ita habent. Vniuerſi vtique Indiæ ſcriptores, vt plurimum falſa loquuti fuere. Egregiè verè Dei machus, ſecundáque dicit Megaſthenes, Oneſicritus aut ẽ & Nearchus, & aliis eius modi iam fermè balbutiunt, nobis quoque hæc amplius perficere, obtigit res geſtas Alexandri per commentaria rimantibus. Eximiè verò Deimacho & Megaſtheni fides abroganda eſt, hÿ ſunt, qui homines in aure cubantes & oris & naris expertes ſcriptis comendant,*

*ſimul*

*ſimul & monoculos & tibiis proceros & digitis retro inuerſis, Innouarunt etiam Pygmcorum aduerſus* Grues *decantata pridem ab Homero prælia. trium etiam palmorum homines aiunt. Iſti præterea formicas aurum effodientes, & Panas cuneato capite, ſerpentes, qui boues &* Ceruos *vnà cnm cornibus deglutiant, de quibus vnus alterum redarguit, quod Eratoſthenes commemorat, hæc* Strabo, *vt non mirentur qui mea legent me præterire iſta mendacia & nullo argumento confictas narrationes.*

## Auctarium aliud.

*Quæ de India Orientali hodie & non multis ab hinc annis dicuntur & etiam à veteribus ſcripta ſunt, ſi ſibi conſtent eorum & ſcripta & dicta, vana profecto ſunt, nã ſi ibi ſunt animalia venenoſa & infeſtantia alia animalia & montes altiſsimi & nemoroſiſsimi, flumina quoque latitudine.* 10. *milliarium, terra deſerta & vaſta, gens rudiſsima & monſtroſa vt illi ſcribunt, quomodo potuerunt hoc ſcribere, vel alij qui (vt ipſi dicunt) viderunt propalare præſertim in India mediterranea quæ planè inacceſsibilis hoc meo prædicto argumento eſſe videtur, quod ſi tot mendacia mouerint ſtomachum meum dicam pugnare ſecum, qui de Alexandro tot & tam vana prædicarunt, nulla eſt tanta hominum ſcriptorum autoritas, quæ poſsit præiudicare veritati. Quid ſi Anianus ſcripſerit? Quid ſi Curtius? an propterea habiturus ſum illis fidem & deſerere veritatem? an non illi ſcripſerunt infinita mendacia nonne etiam ſcripſerunt Alexandrũ reliquiſſe & vt verius dicã dimiſiſſe exercitum nolens vltra progredi ob difficultatem itineris præſertim in mediterraneis. Multa quidem explorata ſunt à multis in oris maritimis, & hodie comperiuntur plerique, qui ea omnia viderũt. fateor ſed de mediterraneis minime ceſſent igitur illi qui librum eum conſarcinarunt, qui inſcribitur nouus orbis, titulus profecto dignus tali opere, nam re vera nouus eſt, nam noua ſunt in eo nugamẽta oræ maritimæ Indiæ apertæ ſunt portugalenſibus præcipuè, qui ad Dio ciuitatem Cambayam. Calicut & Canamor profecti ſunt nauigantes. Deinde inuiſerunt Malacam & littoralia regionis Synarum & alia Maritima, ſed interiora minimè, vel pauci quos æquus a-*

*mauit Iupiter, modo vera ſint, quæ de ſitu interioris Indiæ dicuntur. Hæc admonuiſſe ſufficiat, neque id dixiſſem niſi vidiſſem quoſdam, qui in prophanis literis tantum deferunt antiquitati, vt etiã apertiſsimis eorum fabulis fidem habeant.*

## Sinus Perſicus. Caput 8.

PErſicus, quà mare accipit, vtrínque rectis lateribus grande oſtium quaſi ceruice complectitur: deinde terris in omnem partem vaſtè, & æqua portione cedentibus, magno littorum orbe pelagus incingens, reddit formam capitis humani. Arabici, & os arctius, & latitudo minor eſt, maior aliquanto receſſus, & multo magis longa latera. Init penitus introrſúſque dum Ægyptum penè & montem Arabiæ Caſium attingit, quodam faſtigio minus ac minus latus, & quò magis penetrat, anguſtior. Ab iis quæ diximus, ad ſinum Perſicũ, niſi vbi Chelonophagi morantur, deſerta ſunt. In ipſo Carmani nauigantium dextera poſiti, ſine veſte ac fruge, ſine pecore ac ſedibus, piſcium cute ſe velant, carne veſcuntur, præter capita toto corpore hirſuti. Interiora Gedroſi, dehinc Perſę habitant. Cethis per carmanios, ſuprà Andanis, & Corios effluunt. In parte quę pelagi oſtio aduerſa eſt, Babyloniorũ fines Caldeorúmque ſunt, & duo clari amnes, Tigris Perſidi propior, vlterior Euphrates. Tigris vt nat[us] eſt, ita deſcendens vſque ad littora permeat: Euphrates immani ore aperto, non exit tantum vn-

de

de oritur, ſed & vaſtè quoque decidit, nec ſecat cō tinuo agros, ſed latè diffuſus in ſtagna, diúque ſedentibus aquis & ſine alueo patulis piger: pòſt vbi marginem rupit, verè fluuius eſt, acceptíſque ripis celer & fremens, per Armenios & Cappadocas occidentem petit, ni Taurus obſtet, in noſtra maria venturus. Inde ad meridiem auertitur, & primùm Syros, tum Arabas ingreſſus, non perdurat in pelagus, verùm ingens modo & nauigabilis inde tenuis riuus deſpectus emoritur, & nuſquam manifeſto exitu effluit vt alij amnes, ſed deficit. Alterum latus ambit plaga quæ inter vtrunque pelagus excurrit, Arabia dicitur, cognomen Eudæmon, anguſta, verùm cinnamomi & thuris, aliorúmque odorum maximè ferax. Maiorem Sabæi tenent partem oſtio proximā & Carmanis, cōtrariam partem Macæ, quæ inter oſtia oſtenditur, ſiluæ cautéſque exaſperant. Aliquot ſunt in medio inſulę ſitę, Ogyris, quòd in ea Erythrę regis monumentum eſt, magis clara quàm cętere.

## *ANNOTATIONES Caput. VIII.*

Perſicus Quà mare accipit, vtrinque rectis lateribus grande oſtium quaſi ceruice complectitur, Deinde terras in omnem partem vaſtè & æqua portione cedentibus, magno littorum orbe pelagus incingens reddit formam capitis humani] *De ſinu Perſico ex continuatione Erythæi maris nunc aget Mela proximo capite dixit Rubrum mari aperuiſſe duos ſinus citeriorē Perſicum, Vlteriorem arabicum, nunc autem*

*autem de ſinu Perſico. Perſicus inquit qua mare accipit, id eſt, per oſtium ſinus, vtrinque rectis lateribus, id eſt, non curuis, grande oſtiũ quaſi ceruice complectitur intueatur vnuſquiſque chartam. Deinde terris in omnem partem vaſtè late, & æqua portione cedentibus in omnem partem, id eſt, tam in Orientem quàm in Occidentem, tã ad Meridiem quam ad Septentrionem, cedentibus, id eſt, ſe abducentibus, æqua portione, id eſt, æqualiter magno littorum orbe, id eſt, circuitu reddit formam capitis humani vnuſquiſque intueatur ſemper chartam,* Arabici & os arctius & latitudo minor eſt, maior aliquanto receſſus, & multo magis longa latera] *Arabici ſinus os eſt arctius & latitudo minor, intuere chartas nam latitudo perſici multo maior eſt latitudine Arabici ſed Arabici longitudo multo maior, & intimus eius ſinus multo anguſtior Perſico,* Init penitus introrſúſque dum Ægyptum penè & montem Arabiæ Caſium attingit] *pro penitus lege penitius introrſúſque & alia longitudinem ſinus arabici oſtendunt eſſe magnam* Quodam faſtigio minus ac minus latus] *id eſt, quando magis aſcendit verſus ſeptentrionem arctior ſemper redditur donec ad angulum perueniat.* Ab iis, quę diximus, ad ſinum Perſicum niſi vbi chelonophagi morantur, deſerta ſunt] *ab iis. ſ. à principio maris rubri Erythæi dicti ad ſinũ perſicum, niſi vbi Chelonophagi, id eſt, comedentes teſtudines morantur deſerta ſunt, nam littora & interiora ſunt arenoſa.* In ipſo Carmani nauigantium dextera poſiti] *ſinu Carmani nauigantium ad dexteram poſiti.* Interiora Gedroſij dehinc Perſę habitant] *verſus Septentrionem, ſed Gedroſi ſunt magis Orientales & boreales perſis.* Cethis per Carmanios, ſupra andanis & corios effluũt] *in ſinum Perſicum intellige.* In partæ quę Pelagi oſtio aduerſa eſt] *id eſt, in oſtiis Tigris, nam oſtia* Tigris, *oppoſita ſunt ex diametro oſtio ſinus Perſici, ſit charta ſemper præoculis tuis.* In noſtra maria] *Mediterranea.* Et primum Syros, tum Arabas ingreſſus] *fluit Euphrates per Syriam & Arabiam.* Alterum Latus ambit plaga, quæ inter vtrumque pelagus excurrit] *id eſt inter ſinum Perſicum & Arabicum.* Arabia dicitur cognomen Eudæmon anguſta] *Arabia eſt* ἐυδαίμον, *ideſt, felix anguſta quidem in nonnullis locis, ſed inter oſtium Perſici maris &*

*Arabici*

*Arabici ſatis lata.* Maiorem Sabæi tenent partem] *iſti omnium arabum ſunt ditiſsimi,* Oſtio proximam] *ſi de Oſtio ſinus arabici intelligat verum eſt quòd Sabæi ſunt illi oſtio proximi, ſed non Carmanis ſi intelligat de Oſtio ſinus perſici, falſum erit, quod Sabæi iſti oſtio ſint proximi. Propterea dico, in hoc loco eſſe mendum honorabile. Quamobrem lege hoc modo. Maiorem Sabæi tenent partem, Oſtio proximam & Carmanis contrariam partem Macæ: & tunc lectio erit vera & ſenſus verus, nam Macæ ſunt iuxta oſtium ſinus Perſici Aſaborum promontorium & Carmani ex oppoſito traiecto Oſtio.* Quæ inter Oſtia oſtenditur] *aliud mendum importunum, nam ſi, quæ, ſit pluralis numeri, non erit emendata locutio, ſi ſingularis, ad quid referetur ſi ad tractum terræ inter oſtia certe illam partem Arabiæ non exaſperant cautes neque Syluæ nam eſt regio feliciſsima. Propterea hoc modo reſtituendus eſt locus, quæ inter Oſtia id eſt, quæ maria inter Oſtia. ſ. ſinus Perſici & Arabici, oſtenduntur Syluæ cautéſque exaſperāt: quod verum eſſe comperies ſi aſpexeris chartas.* Ogyris] *nunc aliter organa, ſed hodie à Portugalenſibus Ormuz, dittiſsima inſula.*

Supplementum.

*Bona pars iſtius ſinus Perſici eſt ſub imperio regis Perſarum tota illa pars quæ ad Arabiam felicem extenditur Arabum, qui olim habebant Sultanos gubernatores, nunc vt credo habēt Turcam, ab eo videlicet tempore, quo Turca compactis triremibus in ſinu Arabico nauigauit vſque ad vrbem illam: Diu vocatam vt pugnaret cum Portugalenſibus, in hac regione natus & educatus fuit Mahumetus ſectæ Agarenorum autor, & hic exercuit mercaturam, & ſepultus eſt. Agareni, qui ſunt in littoribus Arabiæ præſertim illi qui ſunt è regione Æthiopiæ ſub Ægypto, perpetuo gerunt bellum aduerſus Æthiopas, ſed atrocius Agareni qui ſunt ad oſtium ſinus arabici vbi eſt ciuitas Agarenorū vocata Adem, tota Arabia in duas diuiſa eſt regiones in Myrriferā & Thuriferam Myrrifera rurſus in duas in myrrificam exteriorem & interiorem abundant hæ regiones myrra, & Thure & aliis oromatis quæ olim à Venetis ab hac regione exportabantur in alias regiones occidentales nunc vero poſt repertam à Portugalenſibus nauigationem in Calicut & alias regiones Indie Orientalis non tam frequens eſt commercium venetorum cum arabibus. Ormuz inſula*

*eſt ad Oſtium Perſici maris valet plurimum auro & gemmis prætioſißimis Arabes obtinent, frequentatur maxime à Portugalenſibus.*

## Sinus Arabicus. Cap. 9.

ALterum ſinum vndiq; Arabes incingunt: ab ea parte quæ introeuntibus dextra eſt, vrbes ſunt Carræ, & Arabia, & Gandamus: in altera ab intimo angulo prima Beronice, inter Heropoliticum & Scrobilum: deinde inter promontoria Moronenom, & Colaca, Philotheris & Ptolemais: vltrà, Arſionoë & alia Beronice: tum ſylua quæ hebenum odoréſque generat, & manu factus amnis, ideóque referendus, quòd ex Nili alueo dioryge abductus, extra ſinum verum inflexus, & non rubri maris pars, beſtiis infeſta, ideóque deſerta eſt. Partem Candęi habitant, hi quos ex facto, quia ſerpentibus veſcuntur, Ophiophagos vocant. Fuere interius Pygmęi, minutum genus, & quod pro ſatis frugibus contra grues dimicando defecit. Sunt multa volucrum, multa ſerpentum genera. De ſerpentibus memorandi maximè, quos paruos admodum, & veneni pręſentis certo anni tempore ex limo concretarum paludium emergere, in magno examine volantes Ægyptum tendere, atque in ipſo introitu finium ab auibus, quas ibidas appellant, aduerſo agmine excipi, pugnáque confici traditum eſt. De volucribus pręcipuè referenda phœnix ſemper vnica: non enim coitu concipitur, partúue generatur: ſed vbi quingentorum annorum æuo

perpetua

perpetua durauit, exaggeratam variis odoribus ſtruem ſibi ipſa incubat, ſoluiturque, deinde putreſcentium membrorum tabe concreſcens, ipſa ſe concipit, atque ex ſe rurſus renaſcitur: cùm adoleuit, oſſa priſtini corporis incluſa myrrha Ægyptum exportat atque in vrbem quam Solis appellant, fragrantibus nardo buſtis inferens, memorando funere conſecrat. Ipſum promontorium quo id mare clauditur, à Ceraũiis ſaltibus inuium eſt.

## *ANNOTATIONES*
### *In caput IX.*

*De Arabia felici dixi tantũ reſtat de nonnullis dicere, quæ noſtro ſeculo nondum nota ſunt illa tamen ſunt vel nullius momenti. Nam quod de Ibidibus ibi refertur mẽdacia ſunt mendaciſsima, De Phœnicæ aut neſcio quis fuerit tam alienus à Iudicio humano, quis tam inſanus aut demens qui volet iſtis adhibere fidem, de phœnice dicere eſt* Gargantuizare. *Sed miror quomodo venerit in mentem ijs qui hæc ſcripſerunt vt tam audacter hæc ſcriberent. De Pygmeis ſcripſi ſententiam ſtrabonis, de Serpentibus volantibus nihil dixi neque dicturus ſum.*

## Æthiopia. Caput 10.

AEthiopes vltrà ſedent, Meroëni habent terram quam Nilus primo ambitu amplexus, inſulam facit: pars quia vitæ ſpatium dimidio ferè quàm nos longius agunt, Macrobij: pars quia ex Ægypto aduenere, dicti Automolæ, pulchri forma, ęqui corporis, parúmque veneratiores, velut optimarum alumni virtutum. In illis mos eſt, cui potiſsimum pareant, ſpecie ac viribus legere. Apud hos plus auri quàm Perſis

eſt:ideo quòd minus eſt, præcioſius cenſent. Aere exornantur, auro vincula ſontium fabricant. Eſt locus apparatis epulis ſemper refertus, & quia vt libet veſci volentibus licet, ἡλίου τράπεζαν appellant: & quę paſſim appoſita ſunt, affirmãt innaſci ſubinde diuinitus. Eſt lacus quo perfuſa corpora quaſi vncta pernitent, bibitur idem, adeo eſt liquidus, & ad ſuſtinenda quę incidunt, aut immittuntur infirmus, vt folia etiam proximis deciſa frontibus, non innatantia ferat, ſed paſſim & penitus accipiat. Sunt & ſæuiſſimæ feræ, omni colore varij lycaones, & quales accepimus ſphingas. Sunt miræ aues cornutæ tragopomones, & equinis auribus pegaſi. Cæterùm oras ad Eurum ſequentibus nihil memorabile occurrit, vaſta omnia vaſtis præciſa montibus, ripæ potius ſunt quàm littora. Inde ingens & ſine cultoribus tractus: dubium aliquandiu fuit, eſſét ne vltra pelagus, caperétne terra circuitum, an exhauſta fructu ſine fine Africa ſe extenderet: verũ ſi Hanno Carthaginienſis exploratum miſſus à ſuis cum per oceani oſtia exiſſet magnam partem eius circunuectus, non ſe mari, ſed commeatu defeciſſe memoratum retulerat: & Eudoxus quidam auorum noſtrorum temporibus, cum Latyrum regẽ Alexandrię profugeret, Arabico ſinu egreſſus, per hoc pelagus (vt Nepos affirmat) Gades vſque peruectus eſt, ideo eius oræ nota ſunt aliqua. Sunt autem trans ea quę modò deſerta diximus, muti populi, & quibus pro eloquio nutus eſt: alij ſine ſono

linguæ,

linguæ,alii ſine linguis,alij labris etiam cohæren-
tibus,niſi quòd ſub naribus etiam fiſtula eſt , per
quam bibere auent :ſed cum inceſſit libido veſcē-
di , grana ſingula frugum paſſim naſcentium ab-
ſorbere dicuntur.Sunt quibus ante aduentum Eu
doxi adeò ignotus ignis fuit adeóque vſus mirũ in
modum placuit,vt amplecti etiam flammas,& ar-
dētia ſinu abdere,donec ñoceret maximè libuerit.
Super eos grandis littoris flexus grandem inſulã
includit,in qua tantum fœminas eſſe narrant, to-
to corpote hirſutas,& ſine coitu mariũ , ſua ſpon-
te fœcundas , adeò aſperis efferíſque moribus , vt
quædam cōtineri ne reluctentur, vix vinculis poſ
ſint. Hoc Hanno retulit , & quia detracta occiſis
coria pertulerat,fides habita eſt. Vltra hũc ſinum
mons altus,Greci vocant θεῶν ὄχημα perpetuis igni
bus flagrat. Vltra montem viret collis longo tra-
ctu, longis littoribus obductus, vnde viſuntur pa
tentes magis campi , quàm vt proſpici poſſint, Pa
num,Satyrorúmque.Hinc opinio eã fidem cepit,
quòd cùm in his nihil culti ſit,nullæ habitantium
ſedes,nulla veſtigia , ſolitudo in diem vaſta , & ſi-
lentium vaſtius , nocte crebri ignes micant,& ve-
luti caſtra latè iacentia oſtenduntur, crepant cym
bala & tympana , audiuntúrque tibiæ ſonantes
maius humanis. Tũc rurſus Æthiopes,nec tam di-
tes,vt hi quos diximus,nec ita corporibus ſimiles,
ſed minores , incultíque ſunt , & nomine Heſpe-
rio. In horum finibus fons eſt , quem Nili eſſe ali-
qua parte credibile eſt,Nuchul ab incolis dicitur:

& videri poteſt non alio nomine appellari, ſed à barbaro ore corruptius. Alit & flumen & minora quidem eiuſdem tamen generis animalia gignẽs: alijs omnibus in oceanum vergentibus: ſolus in mediem regionem ad orientem abit, & quonam exeat, incertum eſt. Inde colligitur Nilum hoc fõte conceptum, actúmque aliquandiu per inuia, & ideo ignotum, iterum ſe vbi ad Eoa proceſſerit, oſtendere: cæterum ſpatio quo abſconditur effici, vt hĩc aliò cedere, illinc aliũde videatur exurgere. Catoblepas non grandis fera, verũ graue & prę-grande caput agrè ſuſtinens, atque ob id in terrã plurimum ore cõuerſa, apud hos gignitur: ob vim ſingularem magis etiã referenda, quòd cum impetu morſúque nihil vnquam ſęuiat, oculos eius vidiſſe mortiferũ. Contra eoſdem ſunt inſulę Gorgones, domus, vt aiunt, aliquando Gorgonum. Ipſę terrę promontorio, cui ἑσπέρου κέρας nomen eſt, finiuntur.

### ANNOTATIONES
#### In Caput X.

*Eſt hæc Æthiopia ſub Ægypto ſubiecta Preſto Ioanni principi Clariſsimo & Chriſtianiſsimo vt volunt ij qui regionem inuiſerunt. Mela loquitur de ſeculo ſuo, at nos de noſtro, de mẽſa Solis & aliis mdẽacia ſũt mẽdaciſsima, de equis de panis, De Satiris de aliis, quæ in eo ſunt capite nihil dicim⁹, nõ enim ſũt digna quæ referãtur.*

## Atlantici maris inſulę, & terminus. Caput. XI.

INde incipit frons illa, quę in occidentem vergens mari Atlãtico abluitur. Prima eius Æthiopes tenent, media nulli: nam aut exuſta ſunt, aut arenis obducta, aut in-

fēſta ſerpētibus. Exuſtis inſulę appoſitę ſunt quas Heſperidas tenuiſſe memoratur. In arenis mons eſt ſatis de ſe conſurgens, verùm inciſis vndique rupibus prę̀ceps, inuius, & quò magis ſurgit: exilior: qui quòd altius quam conſpici poteſt, vſque in nubila erigitur, cælum & ſydera non tangere modò vertice, ſed ſuſtinere quoque dictus eſt. Contrà fortunatæ inſulæ abundant ſua ſpōte genitis, & ſubinde alijs ſuper alijs innaſcentibus nihil ſolicitos alunt beatius quàm aliæ vrbes excultę. Vna ſingulari duorum fontium ingenio maximè inſignis: alterum qui guſtauere, riſu ſoluuntur in mortem: ita affectis remedium eſt ex altero bibere. Ab eo tractu quē ferę infeſtant, proximi ſunt Himantopodes, inflexi lentis cruribus, quos ſerpere magis quàm ingredi referunt. Deinde Pharuſii, aliquando tendente ad Heſperidas Hercule dites, nunc inculti, & niſi quòd pecore aluntur, admodum inopes. Hinc iam lætiores agri, amœníque ſaltus. Terotę & Berini ebore abundant. Nigritarum Getulorúmque paſſim vagantium, ne littora quidem infœcunda ſunt, purpura & murice efficaciſſimis ad tingendum, & vbique quę tinxere clariſſima. Reliqua eſt ora Mauritaniæ exterior, & infinem ſui faſtigiàtis ſe Africæ nouiſſim[9] angulus, ijſdē opibus, ſed minus diues, cæterúm ſolo etiā ditior, & adeò fertilis etiam, vt frugum genera non cū ſerantur modò benigniſime procreet, ſed quędam profundat etiam nata. Hîc Antęus regnaſſe dicitur, & ſignum quod fabulę clarū

prorſus

 90-146

proſus oſtenditur: collis modicus reſupini hominis imagine iacentis, illius, vt incolæ ferunt, tumulus: vnde vbi aliqua pars eruta eſt, ſolent imbres ſpargi, & donec effoſſa repleantur, eueniunt. Hominũ pars ſyluas frequentant, minus quàm quos modò diximus vagi. Pars in vrbibus habitant, quarum vt inter paruas opulentiſsimę habentur, procul à mari, Gildano, Dulbritrania: propius autem Sala, & Lyxo flumini Iunxo proxima. Vltrà eſt colonia & fluuius Gna, & vnde initium fecimus Ampeluſia, in noſtrum iam fretũ vergens promontorium, operis huius atque Atlantici littoris terminus.

### *ANNOTATIONES*
### *In Caput. XI.*

In arenis mons eſt, ſatis de ſe conſurgens] *iis mons eſt Atlas maior, qui hodie eſt montes claros hiſpanicè.* fortunatæ inſulæ] *Canariæ hodie dictæ ſeptem ſunt, & profecto florentes*, Sed *duæ ſunt florentiſsimæ lagran Canaria &* Tanariſe, Contra fortunatæ inſulæ] *ſeptem ſunt ſed tantum hoc ſeculo duæ ſunt in precio, altera vocatur gran Canaria altera Tanariſe, poteſt fieri quodt ẽpore Melæ abũdarẽt, omnibus rebus neceſſariis inculta regione, ſed hoc ſeculo minimè, antiquitas multa fabulata eſt. In primis nemo auſus erat ætate Melæ tranſgredi fretum Gaditanum, quomodo igitur poterant ſcire felicitatem earum? diſtant enim ferè,* 1000. *milliarium à freto Gaditano, fontes illi duo ſunt conficti ſatis impudenter à veteribus, de Anteo fabula Gargantuiſsima. Promontorium Ampeluſiæ vt dixi vocatur hodiæ Caput ſpartelli.*

FINIS.

A557
M517d

cap. 6.89
109989 | RALX